His Coss. Seuerus Parthos & Adiabenos superauit, Arabasque interiores ita caecidit, ut regionem eorum Romanam prouinciam faceret
 Seuerus II. & Victorinus
 Fabianus, & Mucianus
His Coss. Thermae Seuerianae apud Antiochiam & Romae factae, & Septizonium instructum est
 Seuerus III. & Antoninus
 Geta, & Plautianus
 Cilo, & Libo
 Antoninus III. & Geta II
 Albinus, & Aelianus
 Aper, & Maximus
His Coss. Seuerus in Britannos bellum mouit, ubi ut receptas prouincias ab incurfione barbarica faceret securiores, uallum per CXXXII. passuum milia a mari ad mare duxit
 Antoninus III. & Geta III
 Pompeianus, & Auitus
His Coss. Tertullianus Afer Christianorum scriptor celeberrimus

celeberrimus habetur

Faustinus, & Rufus *(tur)*
 His Coss. Origenes scriptor Alexandriae studijs erudi
 Gentianus, & Bassus

His Coss. Seuerus Imperator Eboraci in Britannia mo
 ritur, cui successit Antoninus Caracalla Seueri filius,
 qui regnavit annis VII. Sub quo hi consules fuerunt
ANTONINVS. CARACALLA. XVIII

Duo Aspri
 Antoninus, & Balbinus
 Messalla, & Sabinus

His Coss. Antoninus Caracalla cognominatur pro
 pter genus uestis, quod Romae erogauerat
 Laetus, & Cerealis
 Sabinus II. & Venustus

His Coss. Antoninus Romae Thermas sui nominis aedi
 Praefens, & Extricatus *(ficavit)*
 Atoninus, & Aduentus

His Coss. Antoninus interficitur inter Edessam &
 Carras, anno etatis XLIII. cui successit Macrinus
 praefecturam praetorianam gerens: Regnavit au
 tem annum unum. Sub quo hi consules fuerunt

MACRINVS XIX

Antoninus II. & Sacerdos
 His Coss. Macrinus occiditur in Archelaide, cui suc
 cessit M. Aurelius Antoninus, qui regnavit annis III
 Sub quo hi consules fuerunt

MARCVS. AVRELIVS. ANTONINVS
 Antoninus III. & Comazon *(XX)*
 Gratus & Seleucus

His Coss. Heliogabalum templum Romae aedificatur
 Alexander, & Augustus
 His Coss. in Palaestina Nicopolis, quae prius Em
 maus uocabatur, urbs condita est

Maximus, & Aelianus
 His Coss. M. Aurelius Antoninus Romae occiditur tu
 multu militari, cui successit Alexāder Mammaeae fi
 lius, qui regnavit annis XXIII. Sub quo hi consules
 fuerunt

ALEXANDER. MAMMAEAE. XXI
 Iulianus, & Crispinus

His Coss. Alexander Xerxem regem Persarum uicit
 Fuscus, & Dexter
 Alexander II. & Marcellus
 Annianus, & Maximus

His Coss. Ulpianus Iurisconsultus assessor Alexandri
 insignissimus habetur

Albinus, & Maximus
 His Coss. Thermas Neronianae Alexandrinae uocatae
 Modestus, & Probus *(sunt)*
 Alexander III. & Dio

Gratus, & Seleucus
 His Coss. Origenes Alexandriae clarus habetur
 Pompeianus, & Felicianus

Lupus, & Maximus
 His Coss. Alexāder in matrem Mammaeam unice pius
 fuit, & ob hoc cunctis amabilis

Maximus, & Paternus

Maximus II. & Vrbanus
 Seuerus, & Quinctianus

His Coss. Alexander occiditur Moguntiaci tumultu
 militari, cui successit Maximinus regnans annis III
 primus omnium ex corpore militari Imperator elec
 ctus. Sub quo hi consules fuerunt

MAXIMINVS XXII
 Maximinus, & Africanus
 Perpetuus, & Cornelianus
 Pius, & Proculus

His Coss. Maxim. Aquileiae occiditur, cui successit Gor
 dianus, qui regnavit annis VI. Sub quo hi Consules
GORDIANVS XXIII *(fuerunt)*

Gordianus, & Auiola
 Sabinus, & Venustus
 His Coss. Gordiano Romā ingresso, Pupienus & Balbi
 nus, qui imperium arripuerant, in Palatio occisi sunt

Gordianus II. & Pompeianus
 Atticus, & Praetextatus
 Arrianus, & Papus
 Peregrinus, & Aemilianus

His Coss. Gordianus admodum adolescens, Parthorum
 natione superata, cum uictor reuerteretur ad patriā,
 fraude Philippi praefecti praet. haud longe a Roma
 no solo interfectus est. Gordiano milites tumultū aedi
 ficant supra Euphratem, osibus eius Romam reue
 ctis: cui successit Philippus, qui regnavit annis VI.

Qui mox Philippum filium suum consortem regni fa
 cit, primusque omnium ex Romanis imperatoribus
 Christianus fuit. Sub quo hi consules fuerunt

PHILIPPVS XXIII
 Philippus, & Titianus
 Praefens, & Albinus
 Philippus II. & Philippus
 Philippus III. & Philippus II

Aemilianus, & Aquilinus
 His Coss. Millestimus annus urbis Romae expletus
 est, ob quam solemnitatem innumerabiles Philippus
 cum filio suo bestias in Circo magno interfecit, lu
 dosque in campo Martio theatrales tribus diebus
 ac noctibus populo peruigilante celebravit: quadra
 ginta etiā missus natali Romanae urbis cōcurrerūt,
 & Agon mille annorum actus. Philippus urbem no
 minis sui in Thracia construxit

Decius, & Gratus
 Decius II. & Etruscus
 His Coss. Philippus senior Veronae, Romae uero iu
 nior occiditur. His successit Decius, qui regnavit
 anno I. mensibus III. Quantum ad consulatum autem
 annum unum. Sub quo hi consules fuerunt

DECIVS XXV
 Gallus, & Volusianus

His Coss. Decius lauacra publica aedificauit, quae suo
 nomine appellari iussit. Decius cum filio suo in Abria
 cio Thraciae loco a Gothis occiditur, cui successit
 Gallus cum Volustano filio, qui regnauerūt annis II.
 & mensibus III. quantum ad consulatum autem an
 nis tantum duobus. Sub quibus hi consules fuerunt

E 3 Gallus

GALLVS. ET. VOLVSIANVS. XXVI

Volusianus II. & Maximus

His Coss. Nouatianus apparuit

Valerianus, & Gallienus

His Coss. Gallus & Volusianus ut in terram interfecti sunt; quibus successerunt Valerianus & Gallienus, qui regnaverunt annis XV. sub quibus hi consules fuerunt

VALERIANVS. ET. GALLIENVS. XXVII

Valerianus II. & Gallienus II

Maximus II. & Glabrio

Valerianus III. & Gallienus III

His Coss. Cyprianus primum rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginensis episcopus martyrio coronatur

Tuscus, & Bassus

His Coss. Valerianus in Christianos persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege capitur, ibique seruitute miserabili consenscit

Aemilianus, & Bassus

Saecularis, & Donatus

Gallienus III. & Gentianus

Gallienus V. & Victorinus

Albinus, & Maximus

His Coss. Graecia, Macedonia, Pontus, Asia depopulatae per Gothos, aliasque prouincias Barbarorum quassauit inruptio

Gallienus VI. & Saturninus

Valerianus, & Lucillus

Gallienus VII. & Sabinillus

Paternus, & Arcesilaus

Paternus II. & Marinianus

Claudius, & Paternus

His Coss. Mediolani occiditur Gallienus, cui successit Claudius, qui regnavit anno uno, mensibus IX. Sub quo hi Consules fuerunt

CLAVDIVS XXVIII

Antiochianus, & Orfitus

Valerianus, & Bassus

His Coss. Claudius barbaros uastantes repellit, & Sirmij moritur. Huic successit Quinctillus Claudij frater, a senatu Augustus appellatus, qui XVII. imperij sui die Aquileiae occiditur. Post quem Aurelianus factus est Imperator, qui regnavit annis V. mensibus VI. Sub quo hi consules fuerunt

AVRELIANVS XXIX

Quietus, & Voldumianus

Tacitus, & Placidianus

Aurelianus, & Capitolinus

His Coss. Aurelianus Romae triumphantem captiui Tetricus & Zenobia praecesserunt

Aurelianus II. & Marcellus

His Coss. Aurelianus templum soli aedificauit, Romam firmioribus muris uallat

Probus, & Paulinus

Probus, II. & Paternus II

*His Coss. inter Constantinopolim & Heracleam Aurelianus occiditur: cui successit Tacitus, qui regna-**uit menses VI. Sub quo hi consules fuerunt*

TACITVS. XXX

Probus III. & Paternus III

His Coss. Tacitus in Ponto occisus est, & obtinuit Florianus imperium diebus LXXXIII. Hoc quoque apud Tharsum interfecto, Probus factus est Imperator, qui regnavit annis VI. mensibus III. Sub quo hi consules fuerunt

PROBVS. XXXI

Messalla, & Gratus

His Coss. Galliae, quae fuerant a barbaris occupatae, a Probo Romano restituntur imperio

Probus IIII. & Tiberianus

Probus V. & Victorinus

His Coss. insana Manicheorum haeresis exorta est

Carus, & Carinus

Carus II. & Numerianus

Diocletianus, & Aristobolus

His Coss. Probus apud Syrmium tumultu militari in turri, quae uocatur Ferrata, occiditur: cui successit Carus cum filijs suis Carino & Numeriano, qui regnaverunt annis II. Sub quibus hi consules fuerunt

CARVS. XXXII

Maximus & Aquilinus

His Coss. quum Carus deuictis Parthis castra supra Tigridem posuisset, fulmine ictus interijt

Diocletianus II. & Maximianus

His Coss. Numerianus occiditur, Carinus apud Margum proelio uictus interijt. Post quos Diocletianus Dalmata suscepit imperium, qui regnavit annis XX. Sub quo hi consules fuerunt

DIOCLETIANVS XXXIII

Maximianus II. & Ianuarius

Bassus, & Quinctianus

His Coss. Diocletianus in consortium regni Herculi Maximanum adsumit

Diocletianus III. & Maximianus III

Tiberianus, & Dio

Hannibalianus, & Asclepiodotus

Diocletianus IIII. & Maximianus IIII

Constantius, & Maximus

Tuscus, & Annulinus

Diocletianus V. & Constantius II

Faustus, & Gallus

His Coss. primus Diocletianus adorari se iussit ut deus, & gemmas uestibus, calceamentisque conseruit, cum ante eum omnes imperatores in modum iudicum salutarentur, & tantum chlamydem purpuream a priuato habitu plus haberent

Diocletianus VI. & Maximianus VI

Constantius III. & Maximus III

Titianus, & Nepotianus

Constantius IIII. & Maximus IIII

His Coss. LX. millia Alemannorum caesa sunt

Diocletianus VII. & Maximianus VII

Diocletianus VIII. & Maximianus VIII

Constantius V. & Maximus V

Constantius VI. & Maximus VI

His

His Coss. Diocletianus & Maximianus Augg. insigni pompa Romae triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narsei coniuge, sororibus, liberis, & omni pompa, qua Parthos expoliauerant

Diocletianus IX. & Constantinus

Diocletianus X. & Maximus VII

His Coss. Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt ob aetatis defectum. Et creati sunt Constantius & Galerius: Sed Constantius tantum Augusti dignitate contentus, cum esset ociosus anni ipsius adscribuntur filio eius Constantino, qui natus dicitur ex Helena concubina, qui regnavit annos XXX. menses X. Sub quo hi consules fuerunt

CONSTANTINVS. ET. GALE
RIVS. XXXIII

P.C. Diocletiani X. & Maximi VII

II. P.C. Diocletiani X. & Maximi VII

Maximus VIII. & Licinius

Constantinus II. & Licinius II

Constantinus III. & Licinius III

Volusianus, & Annianus

Constantinus IIII. & Licinius IIII

Sabinus, & Rufinus

Gallicanus, & Bassus

Licinius V. & Crispus

Constantinus V. & Licinius Caesar

Constantinus VI. & Constantinus Caesar

Crispus II. & Constantinus Caes. II

Probianus, & Iulianus

Seuerus, & Rufinus

Crispus III. & Constantinus III

Paullinus, & Iulianus

Constantinus VII. & Constantinus IIII

Constantinus V. & Maximus

Ianuarius, & Iustus

His Coss. uicennalia Constantini Nicomediae acta, & sequenti anno Romae edita

Constantinus VIII. & Constantinus VI

Constantinus VII. & Symmachus

Bassus, & Ablabius

Pacatianus, & Hilarianus

His coss. ciuitas, quae prius Byzantium dicta est, mutato nomine à Constantino Constantinopolis dicitur.

Delmatius, & Xenophilus

Optatus, & Paullinus

Constantinus, & Albinus

Nepotianus, & Facundus

Felicianus, & Titianus

Vrsus, & Polemius

Constantius II. & Constans

His Coss. Constantinus Imperator dum bellum pararet in Persas, in Acyrone uilla publica, iuxta Nicomediae moritur, anno aetatis LXVI. Post quem tres liberi eius, id est Constantinus, Constantius, & Constans, qui regnauerunt annis XXIII. mensibus V. diebus XXIII. sub quibus hi Consules

fuerunt

CONSTANTINVS. CONSTAN
TIVS. ET. CONSTANS. XXXV

Acyndinus, & Proculus

Marcellinus, & Probinus

Constantius III. & Constans II

His Coss. Constantinus bellum fratri Constantino ferens, iuxta Aquileiam Alsa occiditur

Placidus & Romulus

Leontius, & Salustius

His Coss. Francia Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.

Constantius IIII. & Constans III

Amantius, & Albinus

P.C. Amantii, & Albini

Rufinus, & Eusebius

His Coss. magnis reipublicae expensis in Seleucia Syriae portus efficitur

Philippus, & Sallia

His Coss. Solis facta defectio

Limenius, & Catullinus

Sergius, & Nigrinianus

His Coss. Constans, haud longe ab Hispania, in castro cui Helene nomen est, interficitur, anno aetatis xxx. & Constantius remansit in regno

P.C. Sergii, & Nigriniani

Constantius V. & Constans Caesar

Constantius VI. & Constans Caes. II

Constantius VII. & Constans Caes. III

Arbetio, & Lollianus

His Coss. Victorinus rhetor, & Donatus grammaticus Romae insignes habentur

Constantius VIII. & Iulianus Caesar

Constantius IX. & Iulianus Caes. II

His Coss. magna Alemannorum copiae apud Argentoratum oppidum Galliarum deletae sunt

Titianus, & Caerealis

Eusebius, & Hypatius

Constantius X. & Iulianus Caes. III

His Coss. Honoratus nomine, primus Constantinopoli praefectus urbi esse coepit

Taurus, & Florentius

Mamertinus, & Neuita

His Coss. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno aetatis XLVI.

Cui successit Iulianus, qui regnavit anno uno. Sub quo hi Consules fuerunt

IULIANVS. XXXVI

Iulianus IIII. & Salustius

His Coss. Iulianus post uictoriam apud Persas occiditur, anno aetatis XXXII. Post quem sequenti die Iouianus ex Primicerio domesticorum factus est Imperator, qui regnavit mensibus VIII. sub quo hi Consules fuerunt

IOVIANVS. XXXVII

Iouianus, & Varronianus

His Coss. Iouianus Imperator moritur anno aetatis XXXIII. Post quem Valentinianus tribunus Scutariorum

tariorū apud Nicaeam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in consortionē adsumit imperii, qui regnavit annis XIII. mensibus V. Sub quo hi consules fuerunt

VALENTINIANVS . XXXVIII

Valentinianus, & Valens

Gratianus, & Dagalaiphus

Lupicinus, & Iouinus

His Coss. Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator factus est. Apud Atrebatas lana coelo pluviae mixta defluxit

Valentinianus II. & Valens II

Valentinianus N. P. & Victor

Valentinianus III. & Valens III

Gratianus II. & Probus

Modestus, & Arintheus

Valentinianus IIII. & Valens IIII

His Coss. Saxones caesi. De Vfone in regione Francorum Burgundionum LXX X. fere millia, quot nunquam antea ad Rhenum descenderunt. Clearchus urbi Constantinopoli necessariam aquam, & quam diu ciuitas optabat induxit

Gratianus III. & Equitius

P. C. Gratiani III. & Equitii

Valens V. & Valentinianus

His Coss. Valentinianus apoplexi Brigitione moritur. Post quem Gratianus adsumpto in imperio Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat

Gratianus IIII. & Merobaudes

His Coss. Alemannorum circiter XXX. millia apud Argentariam oppidum Galliarum caesa. Gothi diffunduntur in Thracia

Valens VI. & Valentinianus II

His Coss. a Gothis in Thracia Valentis trucidatur exercitus. Ipse quoque Imperator incensa domo ubi se occultauerat, igne combustus est: cui successit in oriente Theodosius Theodosii filius, quē sibi in consortium Gratianus asciuit. Gratianus itaque cū XIII. regnasset annis cum Theodosio regnat annis VI. Sub quibus hi consules fuerunt

THEODOSIVS . XXXIX

Aufonius, & Olybrius

Gratianus V. & Theodosius

His Coss. Ambrosius Episcopus de Christiana fide multa sublimiter scribit

Syagrius, & Eucherius

His Coss. Martinus Episcopus Turonum Galliae ciuitatis clarus habetur

Antonius, & Syagrius

His Coss. Athanaricus rex Gothorum Constantinopolim uenit, ibique uitam exegit

Merobaudes II. & Saturninus

His Coss. Arcadius Theodosii Imperatoris filius Augustus appellatur

Ricimer, & Clearchus

His Coss. Gratianus apud Lugdunum captus occiditur. Residui Valentinianus & Theodosius regnant annis VIII. Sub quibus hi consules fuerunt

VALENTINIANVS. ET. THEODOSIVS. XL

Arcadius, & Bauto

His Coss. Hieronymus presbyter in Bethleem positus, toto mundo mirabilis habetur

Honorius N. P. & Euodius

Valentinianus III. & Eutropius

Theodosius II. & Cynegius

Timasius, & Promotus

Valentinianus IIII. & Neoterius

Titianus, & Symmachus

Arcadius II. & Rufinus

His Coss. Valentinianus uitae taedio apud Viennam laqueo perit. Theodosius cum iam per XIII annos regnasset, cum Arcadio & Honorio regnat annis II. Sub quibus hi consules fuerunt

THEODOSIVS. ARCADIVS. ET HONORIVS . XLI

Theodosius III. & Habundantius

Arcadius III. & Honorius II

His Coss. Ioannes monachus gratia praeditus Theodosium consulentem de euentu belli, quod aduersum Eugenium mouebat, uictorem fore pronuntiat

Olybrius, & Probinus

His Coss. Theodosius Eugenium tyrannum uincit & perimit. Augustinus beati Ambrosij discipulus multa facundia doctrinaque excellens, Hippone regio Africae Episcopus ordinatur

Hoc tempore Claudianus poeta insignis habetur

Theodosius imperator Mediolani moritur. Post quem Arcadius cum iam regnasset annis XII. cum fratre Honorio regnat annis XIII. Sub quibus hi consules fuerunt

ARCADIVS . XLII

Arcadius IIII. & Honorius III

Caesarius, & Atticus

Honorius IIII. & Eutychianus

Mallius, & Theodorus

Stilico, & Aurelianus

His Coss. Gothi Halarico & Radagaiso regibus ingrediuntur Italiam

Vincentius, & Frauita

Arcadius V. & Honorius V

His Coss. Polentiae Stiliconem cum exercitu Romano Gothi uictum acie fugauerunt

Theodosius Aug. I. & Rumoridus

Honorius VI. & Aristenetus

Stilico II. & Anthemius

Arcadius VI. & Probus

(intrauerunt

His Coss. Vandali, & Alani traiecto Rheno Gallias

Honorius VII. & Theodosius II

Basilius, & Philippus

His Coss. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur. Honorius cum Theodosio fratris filio regnavit annis XV. Sub quibus hi consules fuerunt

HONORIVS. ET. THEODOSIVS . XLIII

Honorius VIII. & Theodosius III

His

His Coss. Vandali Hispanias occupauerunt
 Flavius Varari, & Tertullus
 His Coss. Roma a Gothis Halarico duce capta est, ubi
 clementer usi victoria sunt
 Theodosius Aug. III. Cos
 Honorius IX. & Theodosius V
 His Coss. Gothi rege Ataulpho Gallias intrauerunt
 Lucianus V. C. Cos
 His Coss. Burgundiones partem Galliae Rheno tenuere
 coniuictam
 Constantius, & Constans
 Honorius X. & Theodosius VI
 Theodosius VII. & Palladius
 His Coss. Gothi placati, Constantio Placidiam reddiderunt,
 cuius nuptias promeretur
 Honorius XI. & Constantius II
 Honorius XII. & Theodosius VIII
 Monaxius, & Plinta
 Theodosius IX. & Constantius III
 His Coss. Constantius ab Honorio in societatem regni recipitur
 Agricola & Eustathius
 His Coss. Constantius Imperator moritur
 Honorius XIII. & Theodosius X
 His Coss. Exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est
 Marinianus & Asclepiodotus
 His Coss. Placidia Augusta a fratre Honorio ob suspicionem inuitatorum hostium cum Honorio & Valentiniano
 filiis ad orientem mittitur, Honorius moritur, & solus
 Theodosius Romanum imperium tenet
 annis XXVII. Sub quo hi consules fuerunt
 THEODOSIUS XLIII
 Castinus, & Victor
 His Coss. Theodosius Valentinianum consobrinum Caesarem facit,
 & cum Augusta matre ad recipiendum occidentale mittit imperium
 Theodosius XI. & Valentinianus Caesar
 His Coss. Ioannem tyrannum Valentinianus Imperator extinxit,
 Hunnosque, qui in Italia erant Ioannis praesidio, per Aetium
 mira felicitate dimouit
 Theodosius XII. & Valentinianus II
 Hierius, & Ardabures
 His Coss. Bonifacio Africam tenenti infauste bellum ingeritur.
 Gens Vandalorum a Gothis exclusa, de Hispanijs ad
 Africam transt
 Felix, & Taurus
 His Coss. Aetius multis Francis caesis, quam occupauerant
 propinquam Rheno partem recepit Galliarum
 Florentius, & Dionysius
 Theodosius XIII. & Valentinianus III
 Bassus, & Antiochus
 Aetius, & Valerius
 Theodosius XIII. & Maximus
 Alpar, & Areobinda
 Theodosius XV. & Valentinianus IIII
 His Coss. pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum
 Africae portione. Cundicharium Burgundionum

regem Aetius bello subegit, pacemque ei reddidit supplicanti,
 quem non multo post Hunni peremerunt
 Ifidorus, & Senator
 Aetius II. & Sigisualtus
 His Coss. Aug. Valentinianus ad Theodosium principem
 Constantinopolim proficiscitur, filiamque eius in matrimonium accipit
 Theodosius XVI. & Faustus
 Theodosius XVII. & Festus
 His Coss. bellum aduersos Gothos Hunnis auxiliariis geritur,
 & Litorius dux Romanus ab eis capitur, Gensericus,
 de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis inuadit
 Valentinianus Aug. V. & Anatolius
 His Coss. Gensericus Siciliam grauitur affligit
 Cyrus V. C. COS
 Hoc Coss. Theodosius Imperator bellum contra Vandalos
 inefficaciter mouit
 Dioscorus, & Eudoxius
 His. Coss. Huni Thracias & Illyricum saeva populatione uastarunt,
 cum Genserico ab Aug. Valentiniano pax confirmata,
 & certis spacijs Africa inter utroque diuisa est
 Maximus II. & Paternus
 Theodosius XVIII. & Albinus
 His Coss. Attila rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem
 in regno suo perimit, eiusque populos sibi parere compellit
 Valentinianus VI. & Nonius
 Aetius III. & Symmachus
 Callepius, & Ardabures
 Postumianus, & Zeno
 Asterius, & Protogenes
 Valentinianus VII. & Auienus
 His Coss. Theodosius moritur. Post quem Marcianus
 adscitus in imperium, qui regnauit annis VII. Sub quo hi
 Coss. fuerunt
 Marcianus Aug. & Adelphius
 His Coss. Romani Aetio duce Gothi auxiliariis contra
 Attilam in campis Catalaunicis pugnauerunt, qui uirtute
 Gothorum superatus abscessit
 Herculanus, & Asporatius
 His Coss. Attila redintegratis uiribus Aquileiam magna
 ui dimicans introiuit, cum quo a Valentiniano Imperatore
 Papa Leo directus pacem fecit
 Opilio, & Vincomalus
 His Coss. Attila in sedibus suis moritur
 Aetius & Studius
 His Coss. Aetius patricius in Palatio manu Valentiniani
 Imperatoris extinctus est. Boetius uero Praefectus
 praetorio amicis eius circumstantibus intereptus
 Valentinianus VIII. & Anthemius
 His Coss. in campo Martio ab amicis Aetii Valentinianus
 occiditur. Post quem Maximus inuasit imperium,
 qui intra duos menses a militibus extinctus, in Tiberim
 proiicitur. Eodem anno per Gensericum omnibus opibus
 suis Roma uacuata est. Post Maximum Auitus in Gallijs
 sumit imperium
 Ioannes

Ioannes, & Varari
 His Coss. Placentiae deposuit Auitus imperium
 Constantinus, & Rufus
 His Coss. Marciano defuncto Leo orientis, Maiorianus Italiae suscepit imperium. Sub quibus hi Coss. fuerunt

L E O XLVI

Leo Aug. & Maiorianus Aug
 His Coss. Maiorianus in Africam mouit procinctum
 Ricimer, & Patricius
 Magnus, & Apollonius
 Seuerinus, & Dagalaiphus
 His Coss. Maiorianus inuisione Ricimeris extinguitur, cui Seuerum natione Lucanum Rauennae succedere fecit in regno
 Leo Aug. II. & Seuerus Aug
 Basilius, & Vibianus
 Rulficus, & Olybrius
 His Coss. rex Halanorum Beorgor apud Bergomum a patricio Ricimere peremptus est
 Herminericus, & Basilicus
 His Coss. ut dicitur, Ricimeris fraude, Seuerus Romae in Palatio ueneno peremptus est
 Leo Aug. III. cos
 Pusaenus, & Ioannes
 His Coss. Anthemius a Leone Imperatore ad Italiam mittitur, qui tertio ab urbe miliario in loco Brontotas suscepit imperium
 Anthemius Aug. II. cos
 Hoc Cos. in Sicilia Marcellinus occiditur
 Marcianus, & Zeno
 His Coss. Ardaburius imperium tentans, iussu Anthemii exilio deportatur
 Seuerus, & Iordanes
 His Coss. Romanus patricius affectans imperium capitaliter est punitus
 Leo Aug. III. & Probianus
 His Coss. Constantinopoli affectata tyrannide a Leone principe Aspar occiditur
 Festus, & Marcianus
 His Coss. patricius Ricimer Romae factus Imperatore Olybrio, Anthemium contra reuerentiam principis & eius affinitatis, cum graui clade ciuitatis extinguit, qui non diutius peracto scelere gloriatus, post XL. dies defunctus est, Olybrius autem septimo imperii mense uitam peregit
 Leo Aug. V. cos
 Hoc Cos. Gundibato hortante Glicerius Rauennae sumpsit imperium. Eodem anno Leo nepotem suum Leonem consortem facit imperii
 Leo iunior Aug. cos
 Hoc Cos. Imperator Leo senior defunctus est, cui Zeno successit in imperio, qui regnauit annis XVII. Sub quo hi Coss. fuerunt. Eo etiam anno Romae Glicerio Nepos successit in regno
 Post Coss. Leonis Aug. iunioris

Z E N O N . XLVII

Eodem anno Orestes, Nepote in Dalmatias fugato

filio suo Augustulo dedit imperium
 Basiliscus II. & Armatus
 His Coss. ab Odouacre Orestes & frater eius Paulus extincti sunt, nomenque regis Odouacer adsumpsit, cum tamen nec purpura, nec regalibus ute=

P. C. Basilisci II. & Armati (retur insignibus
 Illus v.c. cos
 Zeno Aug. II. cos
 Basilius v.c. Iun. cos
 Placidus v.c. cos
 Hoc Cos. Odouacer in Dalmatiis Odiuam uincit & Seuerinus v.c. cos (perimit
 Faustus V.C. cos
 D.N. Theodericus, & Venantius
 Symmachus V.C. cos
 Decius, & Longinus
 Boetius V.C. cos
 Hoc Cos. Odouacer Phaeba rege Rugorum uicto captoque potitus est
 Dinamius, & Sifidius
 Probinus, & Eusebius
 His Coss. felicissimus atque fortissimus D.N. Rex Theodericus intrauit Italiae, cui Odouacer ad Ison-tium pugnam parans, uictus cum tota gente fugatus est. Eodem anno repetito conflictu Veronae uincitur Odouacer
 Faustus Iun. cos
 Hoc Cos. ad Ducam Fluuium Odouacrem D.N. Theodericus rex tertio certamine superauit, qui Rauennam fugiens, obsidetur inclusus
 Olybrius Iun. cos
 Hoc Cos. Odouacer cum Erulis egressus Rauenna, nocturnis horis ad pontem Candidium a D. nostro rege Theoderico memorabili certamine superatur. Tunc etiam Vandali pace suppliciter postulata, a Siciliae solita depredatione cessarunt. Eodem anno Zeno occubuit, cui Anastasius in orientali successit

ANASTASIVS. XLVIII (imperio

Anastasius Aug. & Rufus
 Albinus V.C. cos
 Hoc Cos. D.N. rex Theodericus Rauennam ingressus, Odouacrem molientem sibi insidias interemit
 Asterius & Praesidius
 Viator V.C. cos
 Paullus V.C. cos
 Anastasius Aug. II. cos
 Paullinus, & Ioannes
 Ioannes V.C. cos
 Patricius, & Hypatius
 Hoc anno D.N. Rex Theodericus Romam cuncto-rum uotis expetitus aduenit, & senatum suum mira affabilitate tractans, Romanae plebi donauit annonas, atque admirandis moenibus deputata per annos singulos maxima pecuniae quantitate subuenit, sub cuius felici imperio plurimae renouantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisque eius operibus antiqua miracula superantur

Auienus

Auienus, & Pompeius
 Auienus Jun. & Probus
His Coss. D.N. Rex Theodericus aquam Rauennam perduxit, cuius formam sumptu proprio instaurauit, quae longis ante fuerat ad solum reducta tempore
 Cerhaeus V C. cos (ribus
Hoc Cos. uirtute D.N. regis Theoderici uictis Bulgaribus syrmium recepit Italia
 Theodorus, & Sabinianus
 Messalla, & Areobinda
 Anastasius Aug. III. & Venantius
 Venantius Iunior, & Celer
His Coss. contra Francos a Domino nostro destinatur exercitus, qui Gallias Francorum depraedatione confusas, uictis hostibus ac fugatis suo adquisiuit imperio
 Importunus V C. cos
 Boetius V C. cos
 Felix, & Secundinu
 Paullus, & Muschianus
 Probus, & Clementinus
 Senator V C. cos
Me etiam Cos. in uestrorum laude temporum adunato clero uel populo Romanae ecclesiae redijt optata concordia
 Florentinus, & Anthemius
His Coss. D.N. rex Theodericus filiam suam Domnã Amalasuintam gloriossi uiri D.N. Eutharici matrimonio, deo auspice, copulauit
 Petrus V C. cos
Eo Anno D.N. Eutharicus Cillica mirabili gratia senatus & plebis ad edendum exceptus est feliciter con-

fulatum (Cos
 D.N. Eutharicus Cillica, & Iustinus Augustus
Eo anno multa uidit Roma miracula editionibus singulis, stupente etiam Symmacho orientis legato diuitias Gothicis Romanisque donatas dignitates cessit in Curia: muneribus amphitheatralibus diuersi generis feras, quas praesens aetas pro nouitate miraretur, exhibuit. Cuius spectaculi uoluptates etiam exquisitas Africa sub deuotione transmisit. Cunctis itaque eximia laude completis, tanto amore ciuibus Romanis infederat, ut eius adhuc praesentia desiderantibus Rauennam ad gloriossi patris remearet aspectus, ubi iteratis editionibus tanta Gothicis Romanisque donalargitus est, ut solus potuerit superare quem Romae celebrauerat consulatum
Igitur ut effusam annorum seriem auctorum testificatione digestam, sub breuitatis compendio redigamus
Ab Adam usque ad diluuium, sicut ex Chronicis Eusebij Hieronymi collegimus, anni sunt ∞ ∞ CC= XLII
A diluuium usq; ad Ninum Assyriorum regem anni sunt DCCCXCIX
A Nino usque ad Latinum regem anni sunt DCCCLII
A Latino rege usq; ad Romulum anni sunt CCCCLVII
A Romulo usque ad Brutum & Tarquinium primos Consules anni sunt CCXL
A Bruto & Tarquinio usq; ad consulatum uestrum, sicut ex Tito Liuiio & Aufidio Basso, & Paschali uirorum clarorum auctoritate firmato collegimus, anni sunt ∞ XXXI
Ac si totus ordo saeculorum usque ad consulatum uestrum colligitur, anni sunt V ∞ DCCXXI

M. AVRELII. CASSIODORI. CHRONICORVM
 F I N I S

LECTORI

De Prospero Aquitanico fatis supra differui. Quantum porro ad eius chronicum attinet, quod Hieronymi & Eusebii chronicis adiunxit, ipse de se ita loquitur

PROSPERI. AQRVITANICI CHRONICON



V CVSQVE Hieronymus presbyter ordinem praecedentium digessit annorum, nos quae secuta sunt adijcere curauimus. Igitur Valente a Gothis in Thracia concremato, Gratianus cum fratre Valentiniano xli. regnavit annis vi

Aufonio, & Olybrio Coss. Gratianus post mortem patris; Theodosij Theodosium filium in confortium assumit imperij, & ei regnum tradidit orientis. Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus proelijs, Gothos superat, & è Thracia pellit. Longobardi ab extremis Germaniae finibus, Oceanique protinus littore, Scandiaque insula magna multitudine egressi, & novarum sedium auidi, Iborea & Aione ducibus Vandalos primum uicerunt. Sempronius uir apprime eruditus agnoscitur. Ea tempestate Priscianus Episcopus de Galatia ex Manichaeorum, & Gnosticorum dogmate haeresim nominis sui condidit

Gratiano V. & Theodosio Coss. Pro catholica fide multa sublimiter Ambrosius scribit. Theodosius cum Thessalonicae aegrotaret, a Basilio eiusdem ciuitatis Episcopo baptisma suscepit. Procurante Gratiano eo quod Theodosius aegrotaret, pax firmatur cum Gothis. Synodus patrum clxxx. apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium spiritum sanctum deum esse negantem

Euagrio, & Eleutherio Coss. Martinus Episcopus Turonorum Galliae ciuitatis, multis clarus habetur. Gregorius Nazianzenus uir sua aetate eloquentissimus, & Hieronymi praceptor obiit

Antonio, & Syagrio Coss. Athanaricus rex Gothorum, apud Constantinopolim xv. quo fuerat susceptus die occiditur

Merobaude II. & Saturnino Coss. Arcadius Theodosij Imperatoris filius Augustus appellatur. Petronius Bononiensis Episcopus, uir studijs & sanctitate clarus moritur

Ricimere, & Clearcho Coss. Honorius Theodosij filius nascitur. Romanae ecclesiae post Damalium Ursinus XXXVI. praefuit. In Britannia per seditionem militum Maximus Imperator est factus, quo mox ad Gallias transferente se, Gratianus Parisijs Merobaudis magistri militum prodicione superatus, & fugiens Lugduni captus atq; occisus est. Maximus Victorem filium suum Caesarem consortem regni facit. Valentinianus cum Theodosio XLII. Romanorum regnavit annis VII

Arcadio, & Bautone Coss. Hoc tempore Hieronymus presbyter toto iam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio, & studio uniuersali ecclesiae seruiens. Priscillianus in synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, auditusque Treuiris ab Euodio praefecto praetorio, à Maximo gladio addictus est cum Eucrocia Delphidij rhetoris coniuge, & Latroniano, alijsque erroris consortibus

Honorio N. P. & Euodio Coss. Burdegalae quaedam Priscilliani discipula nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem uulgi lapidibus extincta est

Valentiniano III. & Eutropio Coss.

Theodosio II. & Cynegio Coss. Maximus tyrannus a Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regijs, sistitur, & capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste interfectus in Gallijs

Timasio & Promoto Coss. Ithacius, & Vrsacius Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerant, ecclesiae communionem priuantur. Longobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi regem creauerunt Algelmundum Aionis filium, qui regnavit annis XXXIII

Valentiniano III. & Neoterio Coss. Signum in coelo, quasi columna pendens ardensque per dies XXX. apparuit. Theodosius uenerabile Ioannis Baptistae caput ex uico Coslai Constantinopolim deportans, septimo ab urbe lapide in basilica, quam magno sumptu in eius honorem erexerat, recondit

Titiano

Titiano, & Symmacho coss. Eugenius fauore Arbogastis confisus imperium sibimet usurpauit

Arcadio II. & Rufino coss. Valentinianus ad uitae fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate ductus, laqueo apud Viennam perijt. Arbogastes magister exercitus mortuo Valentiniano, cuius exercitu grauabatur, Eugenium in Gallijs imperare facit. Theodosius XLIII. Romanorum cum iam per XLIII. regnaret annos, regnat cum Arcadio & Honorio filijs annis III

Theodosio III. & Habundantio coss. Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Caesarem fecerat, principem constituit XVII. ab urbe miliario, cum hora tertia tenebrae factae sunt

Arcadio III. & Honorio II. coss. Ioannes monachus anacho reta clarus habetur, qui ornatus prophetiae gratia Theodosium consulentem de euentu belli, quod aduersus Eugenium mouebat, victorem futurum praedixit

Olybrio, & Probino coss. Theodosius Eugenium uincit, & perimit. Augustinus beati Ambrosij discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Hippone regio Africae episcopus ordinatur. Hoc tempore Claudianus poeta innotuit. Theodosius imperator Mediolani moritur. Arcadius XLIII. Romanorum cum iam regnasset annis XII. regnat cum fratre Honorio annos XIII

Arcadio III. & Honorio coss

Terraemotus per dies plurimos fuit, caelumque ardere uisum est. Orosius Hispanus prebyter uir eloquens, & historiarum cognitor claret

Caesario, & Attico coss.

Flaccilla nata est Arcadio filia. Euagrius incredibilis abstinentiae monachus, & in sacris literis eruditus, apud Aegyptios habetur insignis

Mallio Theodoro cos. Cum hoc consulatum inierat Eutropius eunuchus, qui mox honore, & vita exutus est

Honorio III. & Eutychiano coss. Anastasius XXXVII. Romanae ecclesiae episcopatum tenet annos III. dies XXI

Stilicone, & Aureliano coss.

Gothi Italiam Halarico, & Rhadagaiso ducibus ingressi

Vincentio, & Frauita coss.

Ioannes Constantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus illustres episcopi habentur, sed utrunque obscurauit discordia, quae eousque processit, ut Ioannes a Theophilo oppressus pontum exilio pergere cogeretur, cum tamen communionem eius maxima pars eorum episcoporum Romani Pontificis exemplum secuta seruauerit

Arcadio V. & Honorio V. coss. aduersus Gothos uehementer utriusque potentiae partis clade pugnatum est. Innocentius XXXVIII. Romanae ecclesiae praeest episcopus annis XV. mensibus II. diebus XXI

Theodosio Augusto, & Rumorido coss. Eudoxiae Arcadij uxoris statua super porphyreticam columnam posita est

Honorio VI. & Aristeneto coss. Eudoxia uxor Arcadii diem clausit

Stilicone II. & Anthemio coss. Rhadagaisus in Tuscia multis Gothorum millibus caesis ducente exercitum Stilicone superatus, & captus est

Arcadio VI. & Probo coss. Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno pridie Kal. Ianuarias ingressi

Honorio VII. & Theodosio II. coss. Constantinus ex infima militia ob solam speciem nominis in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit

Basso, & Philippo coss.

Arcadius imperator Constantinopoli moritur. Honorius cum Theodosio fratris filio XLV. Romanorum regnauit annis XVI

Honorio VIII. & Theodosio III. coss. Vandali Hispanias occupauerunt. Attalus Romae imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis cessit

Flauio Varrone, & Tertullo coss.

Roma orbis quondam uictrix a Gothis Halarico duce capta, & ob hoc solus fuit orientalium partium consul, quod in sequenti anno obseruatum est

Theodosii Augusti III. consulatu Constantinus per Honorij duces Constantium, Vlsulam apud Arelatense oppidum uictus, & captus est, cuius filium Constantem in Hispania re-

F gnare

gnare orsum, Gerontius comes in Maximum quemdam tyrannidem transferrens, interemerat

Honorio IX. & Theodosio V. coss. Maximo in Hispania regno ablato uita est concessa, eo quod modestia humilitatis affectati imperij inuidiam non merebatur. Gothi rege Athaulpho Gallias ingressi. Eodem tempore Heros uir sanctus, & beati Martini discipulus, cum Arelatenfi oppido episcopus praesideret, a populo ipsius ciuitatis insons, & nullis insimulationibus noxius pulsus est, inque eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantij magistri militum, cuius per ipsum gratia quaerebatur, eaque res inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit

Luciano viro clarissimo consule Huius collega in consulatu fuit Heraclianus qui nouarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & uitam. Burgundiones partem Galliae propinquan-tem Rheno obtinuerunt. Iouius, & Sebastianus fratres in Galliis regno accepto interempti. Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiam Christi Caelestino, & Iuliano adiutoribus exeruit, multosque in suum trahit errorem, praedicans unumquemque ad iustitiam uoluntate propria regi, tantumque accipere gratiae quantum meruit: quia Adae peccatum ipsum solum laeserit, nec posteros eius obtrinxerit. Vnde & uolentibus possibile sit omni carere peccato, omnesque paruulos tam infantes nasci, quam primus homo ante praeu-ricationem fuit, & ideo baptizandos non ut peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur

Constantino uero consule; Attalus Gothorum consilio, & praesidio tyrannidem resumit in Galliis

Honorio X. & Theodosio VI. coss. Attalus a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & praesidio carens capitur, & Constantio patricio uiuus offertur. Athaulphus a quodam suo- rum uulneratus interiit, regnumque eius Vuallia parentis, qui idem cupere intelligebatur, inuasit

Theodosio VII. & Palladio coss. Placidiam Theodosii Imperatoris filiam, quam Romae Go- thi caeperant, quamque Athaulphus conjugem habuerat, Vuallia pacem Honorij expetens reddidit, eiusque nuptias Constantius promeretur. Zosimus XXXIX. Romanae ecclesiae episcopatum suscipit anno uno, mensibus IX. diebus VIII. Quo tempore Pelagius iam a pon- tifice Innocentio praedamnatus, ei Afrorum uigore, & maxime Augustini episcopi scientia resi- stebatur

Honorio XI. & Constantio II. coss. Honorius triumphans Romam ingreditur, praeeunte cur- gum eius Attalo, quem Lyparae uiuere exulem iussit

Honorio XII. & Theodosio VIII. coss. Hoc tempore Constantius seruus Christi ex uicario Ro- mae habitans, & pro gratia dei Pelagianis resistens factione eorundem multa pertulit, quae il- lum sanctis confessoribus sociauerunt. Concilio apud Carthaginem habito CCXVII. episco- porum, ad pontificem Zosimum synhodaliter decreta perlata, quibus probatis per totum mun- dum haeresis Pelagiana damnata est. Valentinianus Constantij, & Placidiae filius, nascitur sex- to Nonas Iulias. Bonifacius XL. Romae episcopatum tenet annis III. mensibus IX

Maximo, & Plinta coss. Constantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandum Aqi- tania, & quibusdam ciuitatibus confinium prouinciarum

Theodosio VIII. & Constantio III. coss. Constantius ab Honorio in consortium regni assumi- tur. Hieronymus presbyter moritur anno aetatis suae XCI pridie Kalendas Octobris

Agricola, & Eustathio coss. Constantius imperator moritur.

Honorio XIII. & Theodosio X. coss. Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos mis- sus est, cuius Castinus dux fuit, qui Bonifacium uirum bellicis artibus praeclarum inepto, & iniurioso imperio ab expeditionis suae societate auertit: nam ille periculosum sibi atque indi- gnum ratus sequi quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum ur- bis, atque inde ad Africam proripuit, idque reipublicae multorum laborum initium fuit

Marimiano, & Asclepiodoto coss. Placidia Augusta a fratre Honorio pulsa, ad orientem cum Ho- norio, & Valentiniano filijs proficiscitur. Caelestinus XLI. Romanae ecclesiae praesidet epi- scopus annis IX. Longobardorum II. regnauit Lamissus meretricis filius annis III. Hono- rius moritur, & regnum eius Ioannes occupat coniuente ut putatur Castino, qui exercitui ma- gister militum praefuit. Theodosius XLVI. Romanorum regnauit an. XXX

Castino, & Victore coss. Theodosius Valentinianum amatae suae filium Caesarem facit, & cum Augusta matre sua ad recipiendum occidentale mittit imperium: quo tempore Ioannes dum Africam quam Bonifacius obtinebat bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est

Theodosio XI. & Valentiniano coss. Placidia Augusta, & Valentinianus Caesar mira felicitate

felicitate Ioannem tyrannum opprimunt, & regnum uictores recipiunt data uenia Aetio, quod Hunni, quos per ipsum Ioannes acciuerat, eiusdem studio ad propria reuersi sunt. Caestinus autem in exilium actus est, quia uidebatur Ioannem sine comitiua regnum non potuisse assumere. Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur. Archillas nobile oppidum Galliarum a Gothis multa ui oppugnatum est, donec imminente Aetio non impuniti discederent

Theodosio XII. & Valentiniano II. coss. Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam barbaro multis uulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occultam iussione Felicis magistri militum referebatur, cuius impulsu traditur etiam Titus diaconus uir sanctus Romae pecunias pauperibus distribuens, interfectus

Hierio, & Ardabure coss. Bonifacio, cuius potentia gloriaque in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis qui ad Italiam uenire annuerat, publico nomine illatum est, ducibus Mauortio, & Galbione, & Sinoce; cuius proditione Mauortius, & Galbio cum Bonifacium obsiderent, interempti sunt: moxque ipse a Bonifacio dolo detectus occisus est. Exinde gentes quae uti nauibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium uocantur, mare peruium factum est, bellique contra Bonifacium coepti in Sigisultum comitem cura translata est. Gens Vandalorum ab Hispanijs ad Africam transijt

Felice, & Tauro coss. Nestorius Constantinopolitanus episcopus nouum ecclesijs molitur errorem inducere, praedicans Christum ex Maria hominem tantum, & non deum natum, eique diuinitatem collatam esse pro merito. Huic impietati praecipua Cyrilli Alexandrini episcopi industria, & papae Caelestini repugnat auctoritas. Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupauerant, Aetij comitis armis recepta

Florentio, & Dionysio coss. Felice ad patriciam dignitatem prouecto, Aetius magister militum factus est ex agricola. Pelagianus Seueriani Pelagiani episcopi filius, ecclesias Hiberniae dogmatis sui infimulatione corripit, sed actione Palladij diaconi papa Caelestinus Germanum Antiodorensem episcopum uice sua mittit, ut deturbatis haereticis Britannos ad catholicam fidem dirigat

Theodosio XIII. & Valentiniano III. coss. Aetius Felicem cum uxore sua Padusia, Egrumitium diaconum eos insidiari cum praesensisset, interemit. Augustinus episcopus per omnia excellentissimus moritur V. Kalendas Septembris, libris Iuliani inter impetum obsidentium Vandalorum in ipso dierum suorum fine respondens, & gloriose in defensione Christianae gratiae perseuerans

Basso, & Antiocho coss. Congregata apud Ephesum plus ducentorum synhodo sacerdotum, Nestorius cum haeresi nominis sui, & cum multis Pelagianis qui cognatum sibi dogma iuuabant damnatur. Ad Scotos in Christum credentes ordinatur a papa Caelestino Palladius, & primus episcopus mittitur

Aetio, & Valerio coss. Romanae ecclesiae XLII. praeficitur episcopus Sixtus. Totius orbis pace, & confessione mirabili Bonifacius ab Africa ad Italiam peruenit in Urbem, accepta magistri militum dignitate, qui cum sibi resistentem Aetium proelio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aetius uero cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique cum quidam inimicus eius repentino eum incursum opprimere tentasset, profugus ad urbem, atque illic ad Dalmatiam, deinde Pannoniam ad Hunnos peruenit, quorum amicitia auxilioque usus pacem principum Aetius interpellatae potestatis obtinuit

Theodosio XIII. & Maximo coss. Maxima urbis regiae pars Septentrionalis per tres dies continuo incensa collapsaque est mense Augusto. Ioannes monachus cognomento Cassianus Massiliae insignis & facundus scriptor habetur

Aspare, & Areobinda coss

Theodosio XV. & Valentiniano III. coss. Pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per triennium in loco Africae portione Hippone III. Idus Februarij. Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius bello obtriuuit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est. Siquidem illum Hunni cum populo suo atque stirpe deleuerunt

Isidoro, & Senatore coss. Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia sedibus uicina suis occupant. Narbonensi oppido maxime infesti, quod cum diu obsidione, & fame laboraret, per Littorium comitem ab utroque periculo liberatus est. Siquidem per singulos equites binis tritici modijs aduectis strennuissime, & hostes in fugam uertit, & ciuitatem anno-na impleuit

Aetio II. & Sigisualto coss. Bellum aduersus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur, Geisericus rex Vandalorum intra habitationis suae limites uolens catholicam fidem Arriana impietate subuertere, quosdam nostrorum episcoporum eatenus persecutus est, ut eos priuato iure basilicarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet. Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantino-polim proficiscitur, filiamque eius in matrimonium accipit. Eodem anno piraticam barbarorum foederatorum desertores exercuerunt. Per idem tempus quattuor Hispani uiri Arcadius, Probus, Paschasius, & Euty chius dudum apud Geisericum merito sapientiae, & fidelis obsequij clari habebantur, quos rex ut copulatiores sibi faceret in Arrianam sectam transire praecepit. At illi facinus constantissime respuentes, excitato in rapidissimam iram barbaro, primum proscriпти, deinde in exilium acti, tum atrocissimis cruciati supplicijs, ad postremum diuersis mortibus interempti illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine frater Paschasij, & Euty chij, pro elegantia formae atque ingenij admodum regi acceptus, a professione atque amore catholicae fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus caesus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo ut apparet interfectus, ne superata saeuitia impij regis etiam illa aetas gloriaretur.

Theodosio XVI. & Fausto coss. Hoc quoque anno iisdem piratae multas insulas, sed praecipue Siciliam uastauere. Aduersum Gothos in Gallia quaedam prospere gesta.

Theodosio XVII. & Festo coss. Littorius qui secundae ab Aetio patricio potestati Hunnis auxiliantibus praecerat, dum Aetij gloriam superare appetit, dumque haruspicum responsis, & daemonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, fecitque intelligi quantum illa eorum quae perijt manus prodesse potuerit, si potioribus consilijs quam sua temeritate uti maluisset, quando tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter proelias captiuitatem incidisset, dubitandum foret cui potius parti uictoria ascriberetur. Hac tempestate Iulianus Athelenensis iactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem praeferebat, molitus in communionem ecclesiae irrepere. Sed his insidijs Sixtus papa diaconi Leonis hortatu uigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, & ita omnes catholicos defectione fallacis bestiae gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam haeresim apostolicus gladius detruncasset. Per idem tempus Vitricus reipublicae nostrae fidelis multis documentis bellicis clarus habetur. Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnae lacrymabile experimentum humiliter quam unquam ante poposcissent. Aetio rebus quae in Gallijs componebantur intento, Geisericus de cuius amicitia nihil metuebatur XIII. Kal. Nouembris Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesque opes eius excruciatu diuerso tormentorum genere ciuibus, in ius suum uertit. Nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas & sacris uasibus exinanitas, & sacerdotum administratione priuatas, non iam diuini cultus loco, sed suorum iussit esse habitacula. In uniuersum captiui populi ordinem saeuus, sed praecipue nobilitati, & religioni infensus, ut non discerneret hominibus magis an deo bellum intulisset. Carthago a Vandalis capta, anno postquam Romana esse coeperat DXXCV. alias DXXCIII.

Valentiniano V. Augusto, & Anatholio coss. Defuncto Sixto episcopo, XL. amplius diebus Romana ecclesia sine antistite fuit, mirabili pace atque patientia aduentum diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum amicitiae redintegrandae Galliae detinebant, quasi ideo longus esset aduentus, ut electi meritum & eligentium iudicium probaretur. Igitur LEO diaconus legatione publica accitus & gaudenti patriae praesentatus, XLIII. Romanae ecclesiae episcopus ordinatur. Geisericus Siciliam grauius affligens, accepto nuntio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte celeriter Carthaginem redijt, ratus periculosum sibi ac suis fore si uir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubuisset. Verum ille amicum se magis quam hostem uideri uolens diuersa omnia apud barbaros quam praesumpserat reperit, eaque spes causa illi maxima & calamitatis, & infelicis mortis fuit.

Cyro consule. Theodosius Imperator bellum contra Vandalos mouet, Areobinda, & Anaxilla atque Germano ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae magis oneri quam Africae praesidio fuerunt.

Dioscoro, & Eudoxio coss. Hunnis Thraciam, & Illyricum saeua depopulatione uastantibus exercitus qui in Sicilia morabatur ad defensionem orientalium partium reuertitur. Cum Geiserico autem ab Augusto Valentiniano pax confirmata, & certis spacijs Africa inter utrunque diuisa est. In Geisericum apud suos de successu rerum superbientem quidam optimates ipsius conspirauerunt, sed molitione detecta, multis ab eo supplicijs excruciatu atque extincti sunt. Cumque idem audendum etiam alijs uideretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura

ra plus uirium perderet, quam si bello superaretur

Maximo II. & Paterno cons. Hoc tempore plurimos Manichaeos intra urbem latere diligentiae papae Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius ecclesiae publicatos, omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit & proderere, incensis eorum codicibus, quorum magnae moles fuerant interceptae. Quae cura uiro sancto diuinitus, ut apparuit, inspirata, non solum Romanae urbi, sed etiam uniuerso orbi plurimum profuit. Siquidem confessionibus in urbe captorum, qui doctores eorum, qui episcopi, quiue presbyteri, in quibus prouincijs uel ciuitatibus degerent, patefactum est. Multique orientalium partium sacerdotes industriam apostolici rectoris imitati sunt

Theodosio XVIII. & Albino cons. Attila rex Hunnorum Bledam fratrem & confortem suum perimit, eiusque populos sibi parere compellit

Valentiniano VI. & Nonio cons.

PROSPERI. AQTITANICI. FNIS

LECTORI



DE hoc incerto Fastorum consularium auctore, quem Ioannes Cuspinianus suo in Casiodorum commentario integrum inclusit, supra satis disputauit. Ipsum quoque hoc loco suggerere placuit, quandoquidem eiusdem etiam ope in meis Fastis constituendis mirum in modum subleuatus sim, & praesertim in imperio occidentali post Placidium Valentinianum imperatorem digerendo: in quo concinnando nullos proculdubio habui huic similes scriptores: qui ita accurate, annorum & dierum ratione obseruata, singula describit, ita ut nihil diligentius a breuissimi chronici auctore exarari posse existimauerim. Initium autem scribendi a caede Valentiniani Imp. facit sic

INCERTI. SCRIPTORIS. CHRONICON

Valentiniano VIII. & Anthemio cons. Post interitum Valentiniani Imperatoris, leuatus est Maximus Imperator XVI. Kal. Aprilis, & occisus est pridie Idus Iunias. Et intrauit Gensericus Romam, & praedauit eam dies XIII. Et leuatus est Imperator in Gallijs Auitus VI. Idus Iulias; & euersa est Sabaria a terraemotu VII. Idus Septembris, die Veneris

Ioanne, & Varrone cons. Occisus est Remiscus patricius in Palatio classis. XV. Kal. Octobris, captus est Imp. Auitus Placentiae a magistro militum Ricimere, & occisus est Messianus patricius eius XVI. Kal. Iunias

Constantino, & Rufo cons. Ricimer magister militum patricius factus est Pridie Kal. Martias, & factus est Maiorianus magister militum ipso die. Leuatus est Imp. Maiorianus Kalendis Aprilis milliario VI. in campo ad Columellas

Leone, & Maioriano cons

Ricimere, & Patricio cons

Magno, & Apollonio cons

Seuerino, & Dagalaipho cons. Depositus est Imp. Maiorianus a patricio Ricimere Dertonae III. Nonas Augusti, & occisus est ad fluuium Hyram VII. Idus Augusti: ac leuatus est Imperator dominus Seuerus XIII. Kal. Decembris

Leone II. & Seuero cons

Basilio, & Viuiano cons

Rusticio, & Olybrio cons. Occisus est Beorgor rex Alanorum Bergomi ad pedem montis VIII. Id. (Februarius)

Herminero, & Basilisco Cons. Defunctus est imperator Seuerus Romae XVIII. Kal. Septembris

Leone III. & Tatiano Cons

Pasaeo, & Ioanne Cons. Leuatus est imperator dominus Anthemius Romae prid. Idus Aprilis

Domino Anthemio Augusto II. Cos. Occisus est Marcellinus in Sicilia mense Augusto

Marciano, & Zenone Cons

F 3 Seuero

Seuero, & Iordane Cons

Leone Augusto III. & Probiano Cons

Festo, & Marciano Cons. Bellum ciuile gestum est Romae inter Anthemium imperatorem, & Ricimerem patricium. Et leuatus est Romae Imperator Olybrius; occisus uero Imp. Anthemius V. Idus Iulias. Defunctus uero est Ricimer XV. Kal. Septembris. Quo anno Gundibalus patricius factus est ab Olybrio imperatore. Defunctus uero est imp. Olybrius Romae X. Kal. Nouembris

Leone Augusto V. Cons. Leuatus est imperator Glicerius Rauennae III. Nonas Martias

Domino Leone Iuniore Augusto Cons. Deiectus de imperio Glicerius in portu urbis Romae. Eo anno leuatus est dominus Iulius Nepos VIII. Kal. Iulias

Zenone consule. Intrauit Rauennam patricius Orestes cum exercitu, & fugauit imperatorem Nepotem ad Dalmatias V. Kal. Septembris. Eo anno leuatus est Augustulus imperator Rauennae a patricio Oreste patre suo pridie Kal. Nouembris

Basilisco II. & Armato Cons. Leuatus est Odoacer rex X. Kal. Septembris. Eo etiam anno occisus est Orestes patricius Placentiae V. Kal. Septembr. Item eo anno occisus est Paullus frater eius in Rauenna prid. Nonas Septembris

P. C. Basilisci, & Armati. Occisus est Brauila a rege Odoacre V. Idus Iulias Rauennae Hello. V. C. Cons

Zenone Aug. II. Cons solo

Basilio V. C. Cons. Occiditur Nepos Imperator VII. Idus Maias

Placido. V. C. Cons

Seuerino. V. C. Cons

Fausto V. C. Cons

D. N. Theoderico rege, & Venantio V. C. cons

Symmacho V. C. consule

Decio V. C. consule

Boetio V. C. unico consule Pugna facta est inter Odoacrem regem, & Febanum regem Rugorum, & uicit Odoacer, & adduxit captiuum Febanum regem sub XVII. Kal. Decembris

Dinamio & Sifidio cons. Arsit pons Apollinaris noctu in pascha XV. Kal. Maii

Probino & Eusebio cons

Faustus Faustus NN. His cons. ingressus est rex Theodericus in fossato pontis Sontii V. Kal. Septembris, et fugit Odoacer rex de fossato, & abiit Veronam. Eo anno ingressus est Odoacer rex in fossatum, Herulis in pineta existentibus. Et occisus est Libilla magister militum, & caeciderunt plurimi ab utraque parte, & clausit se Rauennam Odoacer rex VI. Idus Iulias. Et regressus est rex Theodericus in Ticino XI. Kal. Septembris

Olybrio V. C. consule

(Idus Iunij

Anastasio principe Augusto, & Rufo Cons. Terraemotus factus noctu ante gallorum cantus VII.

Albino V. C. Cons. Regressus est rex Theodericus ad Rauennam, & uenit ad fossatum Palatioli III. Kal. Septembris. Hoc consule quoque facta est pax inter Theodericum regem & Odoacrem III. Kal. Martias. Et ingressus est Rauennam rex Theodericus III. Nonas Martias, & occisus est Odoacer rex a rege Theoderico in Palatio cum commilitonibus suis

Asterio, & Praesidio cons

Viatore. V. C. Cons. solo

Paullo. V. C. Cons. solo

D. N. Anastasio Aug. Cons. solo

Paullino, & Ioanne Cons

Ioanne V. C. cons. solo

Patricio, & Hypatio cons

Auieno, & Pompeio cons

Auieno iuniore, & Probo cons

Cethego. V. C. cons. solo

Theodoro, & Sabiniano cons

Messalla, & Areobinda cons

D. N. Anastasio Aug. III. & Venantio cons

Venantio Iuniore, & Celere cons

Importuno V. C. consule solo

Boetio V. C. cons. solo

Felice, & Secundino cons

Paullo, & Muschiano cons

Probo, & Clementino cons

Senatore V. C. cons. solo

Florentio, & Anthemio cons

Petro V. C. cons. solo

Anastasio, & Agapito cons

Magno V. C. Cons. solo

Eutharico Cillica, & Iustino Aug. cons

Rustico, & Vitalliano cons

Valerio, & Iustiniano cons

Symmacho, & Boetio cons

Maximo V. C. cons. solo

Opilione, & Iustino Aug. II. cons

Probo, & Philoxeno cons

Olybrio V. C. cons. solo Hoc consule D. N.

Theodericus rex mortuus est mense Septembri

F I N I S



ONVPHRIVS. PANVINIVS

VERONENSIS. FRATER. EREMITA

AVGVSTINIANVS

LECTORIS



DE MARCELLINO uero Comite, quem librum integrum etiam suo in Cassiodorum cōmentario inclusit Ioannes Cuspinianus, pauca habeo quae dicam, quum satis supra de eo mentionem fecerim. Hic Antonij Sconhouij uiri eruditissimi, & antiquitatis Romanae peritissimi opera paulo ante seorsum iterum excusus est quem ego hoc loco cum ceteris Faكتورum auctoribus longe emendatiorem, & locupletio-rem tertio in historiae Romanae studiosorum gratiam publicare curauī. De quo quid Cuspinianus, qui primus omnium eum inuenit, scripserit subiicere placet. Marcellinus quidam (inquit) post Valentis mortem tempora pulcherrime per consulatus, & indictiones produxit, opere quidē breui, sed pulcherrimo; cuius copiam mihi fecit Ioannes Gremperus amanuensis meus, & quem deinceps usque ad finem operis semper citabo circa singulos consulatus. Orditur autem praefatus auctor opusculum suum ita: Post &c. Appellauit autem Marcellinus opusculum suum deflorata; mos enim est orientalium, ut breuem, & publica fide transumptam narrationem, uocent deflorationem. Huius Marcellini meminit Cassiodorus in primo libro introductorii in sacras litteras cap. xvii. ubi Christianos historicos recenset in haec uerba: Marcellinus etiam quattuor libros de temporum qualitatibus, & positionibus locorum pulcherrima proprietate conficiens, itineris sui tramitem laudabiliter percurrit, quem uobis pariter dereliqui. Et paulo post: Eusebium subsequutus est superscriptus Marcellinus Illyricianus, qui adhuc patricii Iustiniani fertur egisse cancellos. Sed meliori conditione deuotus, a tempore principis, usque ad fores imperii Iustiniani opus suum domino adiuuante perduxit, ut qui ante fuit in obsequio gratus, postea ipsius imperio copiose amantissimus appareret, & cet. Sed ut ad propositum reuertamur, praefationem Marcellini ideo subscripsi, ut lectores diligenter disquirant, ne auctor ille sicubi latet, intereat; unicum habui deprauatum & lacerum exemplar, multisque in locis fenestratum. Ita Cuspinianus. Suggestit Sconhouius: Quis autem hic Marcellinus fuerit nondum mihi comperire licuit, nō videtur idem fuisse, cui Ammianus praenomen est, qui vno & triginta libris a principatu Caesaris Neruae vsque ad obitum Valentis, tam orientis quam occidentis res gestas a Romanis, descripsit. Nam aetate ducentis paene annis distare videntur, siquidem Ammianus sub Valente, noster vero sub Iustiniano imperatore vixit. Ceterum hic se initio operis clarissimum fuisse testatur, Comit̄s (ut opinor) no-

mine

mine, fuerunt enim Comites omnes ferè clarissimi habiti Iustiniani aetate. Itaque adiectus (ut apparet) huic fuit Marcellino, dignitatis atque officii titulus, ut eo a Marcellino Ammiano distingueretur. Prosequitur autem is auctor Eusebii, diuique Hieronymi chronicon, quod licet faciat & Prosper Aquitanicus eo paulo antiquior, tamen multo plura, praesertim rerum orientalium, iste habet: ut hac in parte illi longe praefendus sit. Nec posthac magna parte operis utriusq; Palmerij, aut Hermani Contracti (qui Prospero continentem historiam annexerunt) opus erit, cui Marcellinus noster erit. Multa sunt in eo quae ab alijs chronographis discrepant, sed ea malimus doctorum virorum iudicio relinquere, quam nostro temere censere

MARCELLINI. COMITIS. V. C

CHRONICON



DOST mirandum opus, quod a mundi fabrica usque in Constantinum principem Eusebius Caesariensis, huius saeculi originem, tempora, annos, regna, uirtutesque mortalium, & uariarum artium repertores, omniumque paene provinciarum monumenta commemorans, Graeco edidit stylo, nosterque Hieronymus transtulit in Latinum, & usque in Valentem Caesarem Romano adiecit eloquio. Igitur uterq; huius operis auctor V^o DLXXVIII annorū hunc mundum tunc fore miro cōputauit ingenio. Ego uero uir clarissimus Marcellinus Comes, simplici duntaxat computatione orientale tantum sequutus imperium, per indictiones, perque consules infra scriptos, centum & XL. annos, a septima uidelicet indictione, & a consulatu Ausonij & Olybrij (quibus etiam Coss. Theodosius Magnus creatus est Imperator) enumerans, & usque in consulatum Magni Ausonis, id est, indictionis undecimae colligens; eorundem auctorum operi subrogauit; itemque alios XVII. annos, a consulatu Iustini Augusti, primusque in consulatum Iustiniani Augusti IIII. suffeci. Hi sunt simul anni CLVI. meoque rustico operi supposui

Indictione viij. Ausonio, & Olybrio coss

Theodosius Hispanus Italicae diui Traiani ciuitatis, à Gratiano Augusto apud Syrmium XXXVIII. post Valentis interitum imperator creatus est. XIII. K. Februari, orientalem duntaxat Remp. rector; uir admodum religiosus & Catholicae ecclesiae propagator, omnibusque orientalibus principibus praeposendus, * nisi quod Marcianum tertium post se principem imitatorum habuerit, & duos reliquerit filios. Alanos, Hunnos, Gothos, Getas, Scythas magnis multisque proelijs uicit

Indictione viij. Gratiano Aug. V. & Theodosio Aug. I. coss

Gregorius Nazianzenus facundissimus Christi sacerdos, & Hieronymi nostri praeceptor, ecclesia nostra apud Byzantium capta ab Arrianis, plebem Catholicam in beatae Anastasiae oratorio catholicae quotidie allocutione continuit, saepe namque prauorum conuitijs insectatus est, sed Christi gratia praeditus usque ad id tempus, quo eadem ecclesia sui praesentia nostris est redita, perfidis obstetit Arrianis. Nam his Coss. Theodosius Magnus postquam de Scythicis gentibus triumphauit, expulsis continuo ab Orthodoxorum ecclesia Arrianis, qui eam ferè per XL. annos sub Arrianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxis restituit Imperator mense Decembrio

Indictione ix. Eucherio, & Syagrio, alias Euagrio coss

Sanctis CL. patribus urbe Augusta congregatis aduersus Macedonium in spiritum sanctum naufragantem, ab iisdem episcopis sancta synodus confirmata est, Damaso scilicet sedem beati Petri tenente. Constantinopoli uero per Timotheum Alexandrinum, perque Meletium Antiochenum

Antiochenum, & Cyrillum Hierosolymitanum episcopos, Nectario ex pagano protinus baptizato, & in praefata synhodo pontifice ordinato. Athanaricus rex Gothorum cum quo Theodosius Imp. foedus pepigerat mēse Ianuario uenit Constantinopolim, eodemq; mense morbo periit

Indictione x. Antonio, & Syagrio Coss

Diui Valentiniani Magni cadauer Theodosius princeps ab Italia reportatum, apud comitatum regio in sepulchro recondidit. Eodem anno uniuersa gens Gothorum Athanarico rege suo defuncto, Romano sese imperio dedit. Mense Octobri Damasus Romanae ecclesiae (exceptis Liberio & Felice) XXXV. episcopus, anno pontificatus sui XVIII. in domino requieuit

Indictione xi. Merobaude II. & Saturnino Coss

Romanae ecclesiae Siricius XXXVI. antistes factus, uixit annos XV. Arcadius a patre suo Theodosio Aug. consors imperij septimo ab urbe milliario coronatus est. Gratianus imp. Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occisus est viij. Kal. Septembris

Indictione xij. Ricimere, & Clearcho Coss

Legati Persarum Constantinopolim aduenerunt pacem à Theodosio principe postulantes. Et eodem tempore Honorius alter Theodosio natus est filius mense Septembri

Indictione xij. Arcadio, & Bautone Coss

Theodosius imp. aliquantas saeuas nationes per legatos suos inuitè imperio subdidit

Indictione xiiij. Honorio, & Euodio Coss

Inuasam princeps Theodosius ab hostibus Thraciam uindicauit, uictorque cum Arcadio filio suo urbem ingressus est. Galla Theodosij regis altera uxor his coss. Constantinopolim uenit

Indictione XV. Valentiniano III. & Eutropio Coss

Arcadius Caesar cum patre suo Theodosio sua quinquennalia celebrauit. Theodosius in Italiam contra Maximum tyrannum pugnaturus accessit

Indictione I. Theodosio Aug. II. & Cynegio Coss

Valentinianus Gratiani frater & Theodosius imp. Maximum tyrannum, & Victorem filium eius apud Aquileiam rebellantem uicerunt. Andragatius Comes morte Maximi cognita praecipitem sese è nauis in undas dedit ac suffocatus est

Indictione ij. Timasio, & Promoto Coss

Theodosius imp. cum Honorio filio suo Romam mense Iunio introiuit. Congiarium Rom. pop. tribuit, urbeque egressus est Kal. Septembris. Per idem tempus grando crepitans per biduum continuum pro pluuia cecidit, pecorum arborumque pernicies. Stella a Septentrione gallicinio surgens & in modum Luciferi ardens potius quam splendens apparuit, uicesimoque die esse desiuit. Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosij imp. edicto solutum est

Indictione iij. Valentiniano Aug. iij. & Neoterio Coss

Signum in caelo quasi columna pendens ardensque per dies XXX. apparuit. Galla Theodosij uxor ab Arcadio priuigno suo sepulta est. Obeliscus in circo positus est, columna haud longe ab ecclesia constituta, quae argenteam Theodosij magni statuem ferens haecenus contemplatur

Indictione iij. Titiano, & Symmacho Coss

Theodosius imp. Italia decedens Constantinopolim remeauit. Valentinianus imp. apud Viennam dolo Arbogastis strangulatus interiit Idib. Maijs. Eugenius Arbogastis fauore confusus imperium sibimet usurpauit

Indictione v. Arcadio II. & Rufino Coss.

Arbogastes Valentiniano Imp. extincto, & Eugenio Caesare facto, innumeras inuictissimasque copias undique in Gallias contraxit, occidentale imperium, utpote sibi uindicaturus uir, barbarus, animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimius. Contraxit autem undique innumeras copias uel Romanorum praesidijs, uel barbarorum auxilijs, alibi potestate, alibi cognatione subnixus, vsque hunc XIII. Theodosij imperij annum, beatus Hieronymus post ascensionem domini N. Iesu Christi à Petro apostolo incipiens, & in semetipsum desinens CXXXV. uirorum illustrium ecclesiastica contra Porphyrium & Iulianum Augustum uolumina descripsit, apud Bethleem oppidum degens, ubi & monasterium sibi condidit, & alia multa ecclesiastica litteris quoque Hebraicis edoctus scripsit, finemque uitae suae admodum senex fecit, ibique sepultus est, Catholicis quidem inexpugnabilis ecclesiae turris, haereticis autem omnibus infatigabilis hostis, tam proposito uitae suae quam librorum a se editorum assertionibus depugnans

Indictione vi. Theodosio iij. & Habundantio Coss.

Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem eius Arcadium Caesarem fecit, id est septimo ab urbe regia milliario. Tunc quippe hora diei tertiae tenebrae factae sunt

Indictione viij. Arcadio iij. & Honorio ij. Coss

Theodosius Augustus assumpto Honorio Caesare, eodemque filio contra Arbogasten, qui Eugenium

Eugenium

Eugenium tyrannum Imperatorem facere, nisus est, iterum properauit: bello commisso Eugeni-
nius uictus atque captus interfectusque est, Arbogastes sua se manu perculit. Terremotu mense
Septembrio in Nouembrium continuo imminente, aliquantae Europae regiones quassatae sunt
Thermae Arcadianae ex conditoris sui nomine nomen acceperunt

Indictione viij. Olybrio, & Probino coss

Theodosius Magnus apud Mediolanum uita decessit, imperauit annos XVI. Corpus eius eo-
dem anno Constantinopolim allatum est, atque sepultum. Arcadius, & Honorius germani utrū-
que imperium diuisis tantum sedibus tenere coeperunt. Rufinus clam Arcadio principi insi-
dias tendens, Alaricum Gothorum regem missis ei clam pecunijs infestum reip. fecit, & in Grae-
ciam misit. Porro detecto dolo suo Rufinus ab Italicis militibus, olim cum Gaina comite Ar-
cadio missis, ante portas urbis merito trucidatus est. Caput eius manusque dextra per totam Con-
stantinopolim demonstrata

Indictione ix. Arcadio iij. & Honorio iij. coss

Rufini uxor & filia exulant. Eutropius sacri palatij cubicularius omnes opes arripuit, aua-
ritiamque transgressus est. Terraemotus per dies plurimos fuit, caelumque ardere uisum est

Indictione x. Caesario, & Attico coss

His consulibus Flaccilla Arcadio nata est filia

Indictione xi. Honorio iij. & Eutychemo coss

Romanae ecclesiae Anastasius XXXVII. episcopus ordinatus, uixit annos III. Ambrosius
Mediolanensis, uirtutum episcopus sanctus, arx fidei, orator Catholicus ad Christum domi-
num commigravit. Ioannes Antiochiae natus, ibique à Meletio eiusdem ciuitatis episcopo eo-
demque confessore, lector ecclesiae ordinatus, per singulos officij gradus ascendit, ubi per quin-
quennium continuum diaconus multos diuinosque edidit libros. Presbyter quoque factus per
XII. annos plures confecit. Tanta dehinc opinione ubique merito propagatus, Constantino-
poli in locum Nectarij pontifex subiectus est, ubi plurima dulciaque diuinarum scripturarum
uolumina suo operi Catholico addidit, hosque episcopos habuit inimicos: Theophilum Ale-
xandrinum, Epiphanium Cyprium, Acacium Beroensem, Antiochum Ptolomeensem, Eueria-
num Gabalensem, & Seuerianum Caldonensem. Gildo comes idemque paganus (qui mortuo
Theodosio principe Africae praerat, dum) Arcadio & Honorio adhuc pueris regnantibus in-
uidet, Africamque nititur obtinere, frater eius Mascezel cognita eius uesania, relictisq; duobus
apud Africam filijs in Italiam remeat: Gildo utrumque fratris filium dolo trucidat. Mascezel
fratris scelere cognito cum quinque millibus suorum contra Gildonem cum LXX. millibus ar-
matorum sibimet obuiantem infestus accedit, Gildonemque parricidam ieiunijs & orationibus
suis, immo beati Ambrosij in somnis admonitu, auxiliantibus fugauit. Gildo fugiens propria se
manu strangulauit, sicque Mascezel sine bello uictoriam meruit, ac sine caede uindictam

Indictione xij. Theodoro, & Eutropio euncho coss

Hic Eutropius omnium spadonum primus atque ultimus consul fuit: de quo Claudianus
poeta ait

Omnia cesserunt euncho consule monstra

Pulcheria Arcadio altera filia nata est. Gaina Comes apud Constantinopolim ad praeparan-
dum ciuile bellum barbaros suos occulte admonet, ipse ualetudinem simulans urbe digreditur,
coepto aduersus baptisatos proelio plurimi hostium cadunt, ceteri fugientes ecclesiae nostrae suc-
cedunt, ibique relecto ecclesiae culmine iactisque desuper lapidibus obruuntur

Indictione xij. Stilicone, & Aureliano coss

Bellum nauale contra Gainam tyrannum inter Cheronnessum & Hellepontum gestum est,
multitudo ibidem Gothorum caesa, uel demersa sunt. Gaina comes de hoc bello fugiens euasit,
ipso tamen anno occisus est mense Februario

Indictione xiiij. Vincentio, & Frauita coss

Caput Gainae hastili praefixum Constantinopolim allatum est. Maris Ponti superficies ita ge-
lu fraenata est, ut per triginta dies soluta, tandem glacies instar montium per Propontidem su-
perne portata decurreret. Theodosius Iunior patre Arcadio natus est III. Idus Apriles

Indictione xv. Arcadio v. & Honorio v. coss

Romanae ecclesiae Innocentius XXXVIII. creatus antistes, uixit annos XV. Theodosius Iunior
in loco quo pater, patruusque suus Caesar creatus est. Constantinopoli ingens terrae motus fuit

Indictione i. Theodosio Iuniore, & Rumorido coss

Marina parte Arcadio nata est III. Idus Februarii. Eudoxiae Arcadij uxoris super porphyre-
ticam columnam argentea statua iuxta ecclesiam posita haecenus sistit. Ioannē Constantino-
liranae ciuitatis episcopum cui supradicti sex antistes in cassum aemuli fuere, aliosque triginta
sibimet episcopos consuere, uolente Arcadio principe in Cucusum oppidum exulem miserunt,
eumque

eumque post annum in uillam, quae Comana in regione Pontica dicitur, de exilio in exilium relegarunt. Hunc ibidem mortuum religiosa Orthodoxorum plebs in atrio Basilici episcopi sancti, idemque martyris, in somnis admonita in nouum moxque repertum sepulchrum condidit

Indictione ij. Honorio vi. & Aristeneto coss

Ecclesiam Constantinopolitanam flamma ignis quae de beati Ioannis throno quondam episcopi nata fuit subito conflagrauit, uicinamque ecclesiae urbis faciem serpens nihilominus exussit. Eudoxia uxor Arcadij diem obiit

Indictione iij. Stilicone ij. & Anthemio coss

Isauri per montem Tauri discursantes ingens dispendium reip. importarunt, quibus Narbazaicus legatus maius continuo rependit incommodum

Indictione iij. Arcadio vi. & Probo coss

Theodosius Iunior quinquennalia dedit, Radagay sus paganus, & Scytha cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundauit. Huldin, & Saurus Hunnorum Gothorumque reges Radagaysum continuo confecerunt, ipsius capite amputato captiuos eius singulis aureis distrahentes

Indictione v. Honorio vij. & Theodosio ij. coss

Cisterna maxima iuxta porphyreticam Constantini Imperatoris columnam in foro eius sub plateae transitu constructa est

Indictione vi. Basso, & Philippo coss

Stilico comes, cuius duae filiae, Maria & Tharmantia singulae uxores Honorij principis fuerunt, utraq; tamē uirgo defuncta, spreto Honorij regno, regnum inhians, Alanorum, Sueuorum, Vuadalorumque gentes donis pecuniisque illectas contra regnum Honorij excitauit. Eucherium filium suum paganus, & aduersum Christianos infidias molientem cupiens Caesarem ordinare, cum eodem Eucherio dolo suo detecto occisus est. Romae in foro pacis per dies septē terra mugitum dedit. Arcadius Imp. uitae finē fecit: regnauit post obitum patris sui Theodosij annos XIII

Indictione vij. Honorio vij. & Theodosio Iuniore iij. coss

Apud Constantinopolim magna exarsit populi seditio, panis scilicet penuria ingruente

Indictione viij. Varano solo coss

Halaricus trepidam urbem Romam inuasit, partemque eius cremauit incendio, sextoque die quā ingressus fuerat depraedata urbe egressus est, Placidia Honorij principis sorore abducta, quam postea Ataulpho propinquo suo dedit uxorem

Indictione ix. Theodosio iij. coss

Theodosius Iunior decennalia, Honorius Romae uicennalia dedit. Constantinus apud Gallias inuasit imperium, filiumque suum ex monacho Caesarem fecit: ipse apud Arelatum ciuitatem occiditur. Constans filius eius apud Viennam capite plectitur

Indictione x. Theodosio v. & Honorio ix. coss

Iouinus & Sebastianus in Gallijs tyrannidem molientes occisi sunt. Attalus in mari captus atque Honorio exhibitus truncata manu uitae relictus est

Indictione xi. Lucio solo coss

Eraclianus Africae comes cum septingentis, & tribus millibus nauium ad urbem tendēs, mox territus & in fugam uersus: arrepta nauis solus Carthaginem redijt, ibique illico interfectus est

Indictione xij. Constantio, & Costante coss

Pulcheria Theodosii soror Augusta appellata est. Vallia rex Gothorum facta cum Honorio principe pace, Placidiam sororem eius eidem uiduam reddidit

Indictione xij. Honorio x. & Theodosio vi. coss

Ecclesia Constantinopolitana dudum igni cremata his coss. restaurata dedicataque est Attico episcopo eandem regente ecclesiam. Lucianus presbyter uir sanctus, cui reuelauit deus his Coss. locum sepulchri, & reliquiarum corporis sancti Stephani martyris, scripsit ipsam reuelationē Graeco sermone ad omnium ecclesiarum personas

Indictione xiiij. Theodosio vij. & Palladio coss

Orosius presbyter Hispanici generis septem libros historiarum descripsit. Missus ab Augustino episcopo idem Orosius pro discenda animae ratione ad Hieronymum presbyterum, reliquias beati Stephani tunc nuper inuentas rediens primus intulit Occidenti. Atticus Constantinopolitanus episcopus scripsit ad reginas Arcadij Imp. filias de fide & uirginitate ualde egregiū opus in quo praeueniens Nestorianum dogma impugnat

Indictione xv. Honorio xi. & Constantio ij. coss

Tenebrae in die facte sunt. Cybera Asiae ciuitas aliquantaque proedia terraemotu demersa. Romanae ecclesiae Zosimus XXXVIII. episcopus sanctus ordinatus, uixit annos III

Indictione

Indictione i. Honorio xij. & Theodosio viij. coss

Plinta comes idemque rebellium apud Palaestinam prouinciam auctor delusus est. Defectus Solis factus est, Stella ab oriente per Septembrem mensem surgens ardensque apparuit

Indictione ij. Monaxio, & Plinta coss

Valentinianus Iunior apud Rauennam patre Constantio, & Placidia matre VI. Nonas Iulias natus est. Multae Palaestinae ciuitates uillaeque terraemotu collapsae. Dominus noster Iesus Christus semper ubique totus, & super montem Oliueti Hierosolymae uicinum sese de nube manifestauit: multae & tunc utriusque sexus uicinarum gentium nationes tam uisu quam auditu perterritae atque credulae, sacro Christi fonte ablutae sunt, omniumque baptizatorum inimicis in tunicis cruz Christi saluatoris, diuinitatis nutu, extemplo pressa refulsit

Indictione iij. Theodosio ix. & Constantio iij. coss

Romanae ecclesiae Bonifacius XL. episcopus sanctus ordinatus, uixit annis tribus. In oriente tumultum milites excitarunt, ductoremque suum Maximinum nomine extinxerunt. In Perside in Christianos persecutio desaeuit

Indictione iij. Eustacio, & Agricola coss

Theodosius Eudoxiam maecham duxit, Arcadio patri suo in foro eius super immanem columnam, ingentem statuam idem Theodosius dedicauit. Cisterna Aetij confRACTA est. Romani cum Persis conflixere

Indictione v. Honorio xij. & Theodosio xi. coss

Theodosius imp. Eudoxiam filiam genuit. III. tricennalia Honorij. Maximus tyrannus, & Iouinus ferro uincti, abducti de Hispanijs atque interfecti sunt. Hunni Thraciam uastauerunt. Persae cum Romanis pacem pepigere

Indictione vi. Asclepiodoto, & Mariniano coss

Caelestinus Romanae ecclesiae XLI. antistes creatus est, uixit annis IX. Euagrius scripsit altercationem Iudaei Simonis & Theophili Christiani, quae paenè omnibus nota est. Terraemotus multis in locis fuit, & frugum inedia subsecuta. Philippus & Salustius philosophi morbo perierunt, stella saepe ardente crinita Honorius imp. fatale munus impleuit

Indictione vij. Victore, & Castino coss

Placidia mater Valentiniani Augusta nuncupata est. Valentinianus Caesar creatus Theodosij imp. Eudoxiam filiam sibimet desponsauit. Ioannes regnum occidentale Honorio defuncto

Indictione viij. Theodosio xi. & Valentiniano coss

(inuasit

Suprafatus Ioannes dolo potius Ardaburii & Asparris quam uirtute occiditur. Valentinianus iunior apud Rauennam factus est imperator

Indictione ix. Theodosio xij. & Valentiniano ij. coss

Sisinnius uir sanctae simplicitatis, & simplicis sanctitatis Constantinopolitanus episcopus factus

Indictione x. Hierio, & Ardaburio coss

(tus est

Pannoniae quae per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptae sunt. Thermae Theodosianae dedicatae

Indictione xi. Felice, & Tauro coss

Nestorius Antiochiae natus, uir satis quidem eloquentiae sapientiae uero parum habens, Constantinopolitanis admodum adnitentibus ex presbitero episcopus factus, ordinatus est. Beatissimi Ioannis episcopi sancti dudum episcoporum exulis, atque apud comitatum defuncti coepit memoria celebrari mensis Septembris XXVI

Indictione xij. Florentio, & Dionysio coss

Orthodoxi nostri Macedonianorum ecclesiam extra muros urbis positam abstulerunt, quoniam ijdem Macedoniani Antonium Germis Catholicum episcopum sanctum interfecerunt. Beatissimus Augustinus Hipponensis ecclesiae elegantissimus Christi sacerdos, doctorque praecipuus morte placida quieuit

Indictione xij. Theodosio xij. & Valentiniano iij. coss

Theodosius imp. tricennalia gessit. Felix apud Rauennam occiditur. Caelestinus Romanae arcis pontifex Nestorio prauitatis episcopo per epistolam suam datis eidem X. dierum induciis, uel poenitenti ueniam, uel dissentienti damnationem denūtiat. Idem Nestorius ecclesiae Constantinopolitanae perfidus antistes (à quo & Nestoriana perfidia pullulat) apud Ephesum ducentorum sanctorum patrum in synhodo condemnatus est, Caelestino Cyrillum ei Alexandrinae ciuitatis episcopum pro tempore uicarium denuntiante: in locum Nestorij Maximianus episcopus est

Indictione xij. Antiocho, & Basso coss

(subrogatus

Flaccilla Theodosij Augusti filia extremum spiritum fudit. Barbari urbe Augusta enutriti ad ecclesiam nostram hostili ritu confluunt: ignem in ecclesiam ad conburendum altare dum infestis

sti

sti iaciunt, inuicem sese, resistente Deo, trucidant. Hoc tempore dum ad horrea publicà Theodosius processum celebrat imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab orientis populo lapidibus impetitus est

Indictione xv. Valerio, & Aetio coss

Romanae ecclesiae Xystus XLII. episcopus ordinatus uixit annis VIII. Placidiae matris Valentiniani Imp. instinctu ingens bellum inter Bonifacium & Aetium patricium gestum est. Aetius longiore Bonifacij telo pridie sibi praeparato, Bonifaciū congregentē uulnerauit illaesus: tertioque mense Bonifacius uulnere quo sauciatus fuerat emoritur, Pelagiam uxorem suam ualde locupletem, nulli alteri nisi Aetio ut nuberet exhortans

Indictione i. Theodosio xiiij. & Maximo coss

Maxima urbis Regiae pars Septentrionalis per tres dies continuos incensa, collapsaque est mense Augusto

Indictione ij. Areobinda, & Aspare coss

Honorina Valentiniani imp. soror ab Eugenio procuratore suo stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio principi de Italia transmissa est, male enim contra occidentalem remp. cogitabat

Indictione iij. Theodosio xv. & Valentiniano iiij. coss

Forum Theodosij Imp. in loco qui Heliane dicitur aedificatum est. Sebastianus Bonifacij quondam patricij gener urbe Augusta fugit, atque in Africa interemptus est

Indictione iij. Isidoro, & Senatore coss

Theodosius Imp. Cyzicum ciuitatem nauibus petit, multaue eidem ciuitati munificentia praestita, urbem Augustam renauigauit

Indictione. v. Aetio, & Sigisbuldo coss

Valentinianus Imp. Roma digressus est, ad copulandam sibi in matrimonium Eudoxiā Theodosij principis filiam quam dudum desponsauerat, Constantinopolim aduenit; caque sibi nupta apud Thessalonicam, Italiam repetens hyemauit

Indictione vi. Theodosio xvi. & Fausto coss

Conradis praedo cum piratis suisque comitibus captus, interfectusque est. Reliquiae beatissimi Ioannis Augustae urbis quondam episcopi eidem redditae ciuitati, ibique sepultae mense Ianuario die XXVIII. Valentinianus Imp. cum Eudoxia uxore Rauennam ingressus est. His diebus Prosper Regiensis episcopus contra librum Cassiani de protectione dei conscripsit, in quo illum liberum arbitrium multum extulisse exprobrauit

Indictione vij. Theodosio xvij. & Festo coss

Theodosius Imp. octaua quinquennalia edidit. Eudoxia uxor Theodosij principis ab Hierosolymis urbem Regiam remeauit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias quae in basilica S. Laurentij positae uenerantur, secum deferens. Hoc tempore Gensericus rex Vandalorum Africam prouinciam Carthaginemq; metropolim cū suis satellitibus occupauit XIII. Kal. Nouemb

Indictione viij. Valentiniano v. & Anatolio coss

Paullinus magister officiorum in Caesarea Cappadociae, iubente Theodosio * Romanae ecclesiae Leo XLVIII. papa creatus uixit annis XXI

Indictione ix. Cyro solo coss

Perfae Sarraceni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi Romanorum sola uastarunt. Missi sunt contra hos Anatolius & Aspar magistri militiae, pacemque cum eis unius anni fecerunt. Ioannes natione Vandalus magisterque militiae Arnegysli fraude in Thracia interemptus est. Hunnorum reges cum numerosis suorum millibus in Illyricum irruerunt: Naifum, Singidunū aliasque ciuitates, oppidaque Illyrici plurima exciderunt

Indictione x. Eudoxio, & Dioscoro coss

Stella quae crinita dicitur per plurimum tempus ardens apparuit. Bleda & Attila fratres multarumque gentium reges Illyricum Thraciamque depopulati sunt

Indictione xi. Maximo ii. & Paterio coss

His consulibus tanta nix cecidit ut per sex menses uix liquefcere potuerit, multa hominum & animalium frigoris rigore confecta perierunt. Theodosius Imp. ex Asiana expeditione urbem Regiam redijt. Thermarum quae Achilleae dicuntur Enchaeniae factae

Indictione xii. Theodosio xviii. & Albino coss

Theodosius princeps nona quinquennalia dedit: Arcadia soror Theodosij uiuendi finem fecit. Aliquanta Bithyniae oppida atque praedia continuarum ui longa pluuiarum, & fluuiorū inundatione crescentium sublapsa dissolutaque perierunt. Seuerum presbyterum & Ioannem diaconum Eudoxiae reginae apud Aeliam urbem ministrantes, missus ab Imp. Theodosio Saturninus comes domesticorū occidit, Eudoxia nescio quo excitata dolore, Saturninū protinus obtruncauit, statimq; mariti Imp. nutu regijs spoliata ministris, apud Aeliam remansit moritura

G

Indict

Indictione xiiij. Valentiniano vi. & Nonio coss
 Bleda rex Hunnorum Attilae fratris sui insidijs interimitur. Apud Byzantium populari orta in circo seditione multi sese inuicem occiderunt, multaque extrinsecus hominum pecudumque corpora perierunt

Indictione xiiij. Symmacho, & Aetio iij. coss
 His consulibus magna fames Constantinopolim inuasit, pestisq; ilico subsecuta. Templū regiae ciuitatis igne crematū

Indictione xv. Ardabure, & Callepio coss
 Ingenti terraemotu per Locaria imminente plurimae urbes, Augustae muri recenti adhuc aedificatione constructi, cum LVII. turribus corruerunt. Saxa quoque ingentia in foro Tauri dudum super sese in aedificio posita, statuaeque plurimae sine ullius scilicet laesione collapsae sunt, plurimis nihilominus ciuitatibus collapsis, fames, & aeris pestifer odor multa millia hominum iumentorumque deleuit: ingens bellum & priore maius per Attilam regem nostris inflictum, paene totam Europam, excisis inuasisque ciuitatibus atq; castellis, corrosit. Eodem anno, urbis Augustae muri olim terraemotu collapsi, intra tres menses Constantino praefecto praetorio operam dante reaedificati sunt. Attila usque ad Thermopolim infestus aduenit. Arugisus magister militiae in ripensi Dacia iuxta Vtrum amnem ab Attila rege, uiriliter pugnas, plurimis hostium interemptis, occisus est

Indictione i. Zenone, & Postumiano coss
 Prouincia India Theodosio principi pro munere Tigridi domitam misit. Vtramque porticum Troadensem, turresque portarum utraque ignis subitus exussit, quarum ruina continuo repurgata Antiochus praefectus praetorio in pristinam erexit speciem, Legatis Attilae a Theodosio depactas olim pecunias flagitantibus

Indictione ij. Protogene, & Asterio coss
 Marina Theodosij soror fati munus impleuit. Flavianus episcopus secunda apud Ephesum synhodo, ui Dioscori Alexandrini episcopi, & Saturnini spadonis in Epipam exulat. Areobinda & Taurus patricij communi uita defuncti sunt

Indictione iij. Valentiniano vij. & Auieno coss
 Theodosius imp. uiuendi finem fecit: regnauit post mortem Arcadij patris sui annos XLII. Loco eius Marcianus imperium adeptus est. Crysfaphius eunuchus Pulcheriae Theodosij sororis nutu, sua cum auaritia interemptus est

Indictione iij. Marciano Aug. & Adelphio coss
 Leone pontifice sedem B. Petri regente DCXXX. patrum sancta & uniuersalis synhodus cōtra Eutychem nefandissimorum praesulem monachorum, apud Chalcedonam in basilica sanctae Eufemiae firmata est: solus Dioscorus Alexandrinae ecclesiae episcopus descendit, statimque ab iisdem Catholicis patribus sacerdotio abdicatus est

Indictione v. Asporacio, & Herculano coss
 Marcianus Aug. suis statuit decretis, ut hi qui consules fieri cupiebant nihil aeris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum urbis aquaeductum dependerent. Hoc tempore tres magni lapides e caelo in Thracia ceciderunt. Aquileia ciuitas ab Attila Hunnorum rege excisa est

Indictione vi. Vincomalo, & Opilione coss
 Ioannes praecursor domini & Baptista, caput suum, quod olim Herodes impia nefandaq; postulatione ab humeris amputatum & in disco positum accepit, proculque truncato eius corpore sepeliuit, duobus orientalibus monachis ob adorandam apud Hierosolimam Christi domini resurrectionem introeuntibus, reuelauit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes admonita requirerent fideliterq; humo extollerent. Hoc ergo caput fidei repertum suaq; hispida in mantica conditum, dum ad propria remeantes habitacula *peruenerunt, quidam Emisena figulus ciuitatis diuturnam imminentemq; sibi fugiens paupertatem sese his exhibuit comitem, quiq; dum nesciens peram sibi creditam cum sacro capite portat, ab eo cuius caput uehebat noctu admonitus utrunque comitem fugiens, statimq; Emisenam urbem cum sancto leuiq; oneri introgressus est. Ibi dum aduixit praecursoris Christi ueneratus est caput, moriensq; sorori suae rerum nesciae signatum in uasculo tradidit colendum. Illa uero successori suo positum signatumq; ut erat dereliquit. Porro Eustochius quidam occultus Arrianae perfidiae presbyter, talem tantumque thesaurum indignus obtinuit, gratiamque quam Christus dominus per Ioannem Baptistam infirmo populo tribuebat, is eam, ac si suam duntaxat, in uulgo disseminabat. Hic prauitate sua detecta Emisena urbe expulsus est. Hoc inde antrum in quo beatissimi Ioannis caput in urnam missum sub terraque conditum erat, quidam monachi pro habitaculo habere coeperunt. Marcellus demum presbyter totiusq; monasterij praeful dum in eodem specu uita irreprehensibili, habitat, idem B. Ioannes Christi q; praecursor sese eidem suumque caput ostendit, ibidemque sepultum multis praefulgens uirtutibus patefecit. Hoc igitur uenerabile caput Iulianiano memoratae ep̄o ciuitatis per praefatum Marcellum presbyterū constat (inuentum

inuentum Vincomalo, & Opilione coss. mense Februario, die XXIII. media ieiuniorum paschali
 lium septimana. Imp. uero Valentiniano, & Marciano regnantibus. Pulcheria Augusta Marciani
 principis uxor, B. Laurentij atrium inimitabili opere consumauit, beatumq; uiuendi finē fecit

Indictione vii. Aetio, & Studio coss

Attila rex Hunnorum Aetii hortatu, noctu Prouinciae mulieris manu cultroque confoditur.
 Quidam uero sanguinis reiectione eum necatum perhibent. Aetius patricius magna occi-
 dentalis reip. salus, & regis quondam Attilae terror, a Valentiniano imp. cum Boetio amico in Pa-
 latio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec haecenus ualuit releuari

Indictione viii. Valentiniano viii. & Anthemio coss

Valentinianus princeps dolo Maximi patricii, cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo
 Martio per Ostilam, & Traustilam Aetii satellites, iam percusso Heraclio spadone, truncatus
 est. Idem Maximus inuasit imp. tertioque tyrannidis suae mense, membratim Romae a Roma-
 nis tractus discerptusque est. Gensericus rex Vuandalorum ab Eudoxia Valentiniani uxore epi-
 stolis inuitatus ex Africa Romam ingressus est, eaque urbe rebus omnibus spoliata, eandem Eu-
 doxiani cum duabus filiabus secum rediens abduxit

Indictione ix. Ioanne, & Varano coss

His consulibus innumera locustarū agmina fructum Phrygiae uastauerunt. Eucherius Lugdu-
 nensis ecclesiae pontifex multa scripsit tam ecclesiasticis, quam monasticis studiis necessaria

Indictione x. Constantino, & Rufino coss

Marcianus imp. bonis principibus comparandus uitae spiritum amisit, imperauit annos vi.
 menses v. Leo eidem defuncto successit, cuius uoluntate Maiorianus apud Rauennā Caesar est or-

Indictione xi. Leone Aug. & Maioriano coss

Leo imp. pro tomo Chalcedonensi per uniuersum orbem singulis Orthodoxorum episcopis,
 singulas consonantesque misit epistolas, quo sibi quid de eodem tomo sentirent suis ibi rescri-
 ptionibus indicarent. Horum omnium episcoporum ita conspirantes suscepit epistolas, ut eas
 putares uno tempore uniusque uiri eloquio fuisse dictatas

Indictione xii. Patricio, & Ricimere coss

Isaac Antiochenae ecclesiae presbyter scripsit Syro sermone multa, praecipue aduersus Nesto-
 rianos, & Eutycianos. Ruinam etiam Antiochiae elegio carmine planxit, quemadmodum Efrē-
 monachus Nicomediae lapsus

Indictione xiii. Apollonio, & Magno coss

Cyzicus ciuitas terraemotu concussa murorumque suorum ambitu interrupta sese suosque
 (diu deplanxit

Indictione xiiii. Dagalaipho, & Seuerino coss

Romanae ecclesiae Hilarus XLIII. pontifex factus, uixit annos VI. Maiorianus Caesar apud
 Derthonam iuxta fluuium, qui Hyra dicitur, interemptus est, locum eius Seuerus inuasit

Indictione xv. Leone Aug. ii. solo cos

Jacobus natione Achaius, religione paganus, medicinae artis peritia, tam ingenio quam lite-
 ratura claruit, hic ob medendum Leonem Aug. febre defatigatum, sacrum palatij cubiculum
 intrauit, statimque regia in sella iuxta thorum imperialem posita, sine ullo Augusti nutu conse-
 dit, sicque medicas adhibuit manus: porro meridie ad eundem reuersus sacrum puluinar sublatū
 sibi propter solum in quo matutinus resederat protinus intellexit, spondamque thori regiam in-
 trepidus supersedit, ueterum studij Iurisperitorum praeceptionibus monitum id sese gessisse,
 non temere praesumpsisse egrotantem docuit principem

Indictione i. Vibiano, & Felice coss

Prosper homo Aquitanicae regionis, sermone scholasticus, & assertionibus neruosus multa
 composuisse dicitur. Epistolae quoque Leonis aduersus Eutychen de uera Christi incarnatione
 datae ab isto dictatae creduntur

Indictione ii. Rustico, & Olybrio coss

Beorgor rex Alanorum a Ricimere rege occiditur

Indictione iii. Basilisco, & Herminerico coss

Constantinopolis magno inuasa incendio facieue foedata deplangitur

Indictione iiii. Leone Aug. iiii. solo cos

Seuerus qui Occidētis arripuit principatum Romae interijt. Theodoritus episcopus sanctus
 Cyri ciuitatis scripsit de incarnatione domini aduersus Eutychen, & Dioscorum Alexandrinae
 ecclesiae episcopos, qui humanam in christo carnem negant

Indictione v. Puseio, & Ioanne coss

Leo imp. Anthemium patricium Romam misit, Imperatoremque constituit. Rauennam ciui-
 tatem terraemotus deteruit. S. R. E. Simplicius XLV. pontifex creatus uixit ann. XVI

G Indict

Indictione vi. Anthemio Aug. ij. solo cos

Marcellinus Occidentis patricius idemque paganus, dum Romanis contra Vuandalos apud Carthaginem pugnantis opem auxiliumq; fert, ab iisdem dolo confoditur pro quibus palam uenerat pugnaturus

Indictione vij. Zenone, & Marciano coss

His consulibus caput Denficus Hunnorum regis Attilae filij Constantinopolim allatum est

Indictione viij. Iordane, & Seuero coss

Gennadius Constantinopolitanae ecclesiae pontifex Daniele prophetam ex integro ad uerbum commentatus est, & homilias multas composuit

Indictione ix. Leone Aug. iij. & Probiano coss

Aspar primus patriciorum cum Ardabure, & Patriciolo filijs, illo quidem olim patricio, hoc autem Caesare generoque Leonis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonum ensibus in Palatio uulneratus interijt

Indictione x. Marciano, & Festo coss

Vesuuus mons Campaniae torridus intestinis ignibus aestuans exusta uomit uiscera, nocturnisque in die tenebris omnem Europae faciem minuto contexit puluere. Huius metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant VIII. Idus Nouemb. Anthemius imp. Romae a Ricimere genero suo occiditur. Loco eius Olybrius substitutus, septimo mense imperij sui uita defunctus est. In Asia aliquantae ciuitates uel oppida terraemotu collapsa sunt

Indictione xi. Leone Aug. v. solo cos

Glicerius apud Rauennam plus praesumptione quam electione Caesar factus est. Constantinopoli in circo seditione orta, multi Isaurorum a populo interfecti sunt

Indictione xii. Leone Iuniore solo cos

Leo senior imp. Leone Iuniore a se iam Caesare constituto, morbo periit, tam sui imperij annis quam huius Leonis mensibus computatis anno XVII. mese VI. Zenonem Leo Iunior idemq; filius imp. principem regni constituit. Glicerius Caesar Romae imperium tenens a Nepote Marcellini quondam patricii sororis filio, imperio expulsus in Portu urbe ex Caesare episcopus, ordinatus est, & obiit

Indictione xiii. Zenone Aug. ii. solo cos

Zeno imp. Verinae focrus suae, & Basilisci fratris eius insidiis circumuentus cum Ariadna uxore sua profugus in Isauriam tendit. Regnum Zenonis Basiliscus tyrannus inuasit. Nepos qui Glicerium regno pepulerat Romae eleuatus est imp. Nepote Orestes protinus effugato, Augustulum filium suum in imperium collocauit

Indictione xiiii. Basilisco, & Armato coss

Basiliscus tyrannus Marco filio suo Caesare facto, dum contra fidem catholicam Nestoriana perfidia intumescens conatur assurgere, ante inflatus crepuit quam poenitere potuerit. Basiliscus cum filio suo, & Xenodina uxore sua, iam Zenone pristinum ad imperium remeante, in exilium missus est, atq; in oppidulum quod Lyminis in prouincia Cappadociae dicitur trusus fame extabuit. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit, Orestem Odoacer ilico trucidauit, Augustulum filium Orestis Odoacer in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnauit. Hesperium Romanae gentis imperium, quod septingentesimo nono urbis conditae anno primus Augustorū Octavianus Augustus tenere coepit, cū hoc Augustulo periit, anno decessorū regni Imperatorum DXXII. Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus

Indictione xv. sine consulibus

Bracilam comitem Odoacer rex apud Rauennam occidit

Indictione i. Illo solo cos

Theodolus presbyter in Coelesyria multa conscripsit, clarusque habetur

Indictione ii. Zenone Aug. iii

Sabinianus magnus Illyricianae militiae ductor creatus curiam collatoremque, iustum Reip. censum, uel praeparantem fouit, uel dependentem tutatus est. Peaeterea militaris ita optimus institutor coercitorque fuit, ut priscis Romanorum ductoribus comparetur. Theodericum regem idem Sabinianus apud Graeciam debacchantem ingenio magis quam uirtute deterruit

Indictione iii. Basilio solo cos

Vrbs regia per XL. dies continuos assiduo terraemotu quassata magnopere sese afflictam deplanxit. Ambae Troadenses porticus corruerunt, aliquantae ecclesiae uel scissae sunt uel collapsae. Statua Theodosii magni in foro Tauri super coclidem columnam posita corruit, duobus fornicibus eius fori collapsis. Hunc formidolosum diem Byzantii celebrant VIII. Kal. Octob. His coss. Nepos quem dudum Orestes imperio abdicauerat Viatoris, & Ouidae comitum insidiis, haud longe a Salonis sua in uilla occisus est

Indict

Indictione iij. Placido solo cos

Theodericus Triarij filius rex Gothorum accitis suis usque ad Anaplum, quartum urbis miliarium aduenit, nulli tamen Romanorum noxius continuo reuersus est. Porro in Illyricum properans dum inter suorum mouentia plaustra progreditur, iacentis super carpentum teli acumine, & pauescentis equi sui impulsione, fixus transfuerberatusque interijt. Sabinianum magnū mors quae huic peccanti mundo merito imminet ante diem eum ademit, quamquam integrum defatigatae reip. praesidium esset

Indictione v. Trocondo, & Seuerino coss

Romanae ecclesiae Felix XLVI. episcopus ordinatus, uixit annis XII. Theodericus cognomento Valamer utramque Macedoniam, Thessaliamq; depopulatus est, Larissamque metropo-

Indictione vi. Fausto solo cos (lim depraedatur

Idem Theodericus rex Gothorum Zenonis Aug. munificentijs paenè pacatus, magisterque praesentis militiae factus, consul quoque designatus, creditam sibi ripensis Daciae partem, Maesiaque inferioris cum suis satellitibus pro tempore tenuit

Indictione vij. Theoderico, & Venantio coss

Illus natione Isaurus, dignitate magister officiorum amputata apud comitatum auricula, orientem Zenoni inuasit. Porro cum Leontio tyrannidem arripuit. Totam per Africam crudelis Hunerici Vuandalorum regis in nostros Catholicos persecutio importata est, exulatis diffugatisque plusquam CCCXXXIII. Orthodoxorum sanctis, ecclesijsque eorum clausis, plebs fidelium sub uarijs acta supplicijs beatum consummauit agonem: nempe tunc idem rex Hunericus, unius Catholici adolescentis uitam a natiuitate sua sine ullo sermone ducentis linguam praecipit abscindi, idemque mutus quod sine humano auditu Christo credens fide didicerat, mox praecisa sibi lingua locutus est, gloriamque deo in primo uocis suae exordio dedit. Denique ex hoc fidelium conturbernio aliquantos ego religiosissimos praecisis linguis manibusque truncatis, apud Byzantium integra uoce conspexi loquentes. Haec Arrianorum crudelitas in religiosos Christi cultores superscriptis coss. mense Februario coepit infligi

Indictione viij. Symmacho solo cos

Longinus Zenonis Augusti frater, post decennalem custodiam quam eidem Illus apud Isauriam inflixerat ad germanum suum Constantinopolim aduenit

Indictione ix. Longino solo cos

Ioannes Antiochenae parrochiae ex grammatico presbyter, scripsit aduersum eos qui in unum tantum substantia adorandum asserunt Christum, nec adquiescunt duas in Christo confitendas

Indictione x. Boetio solo cos (naturas

Theodericus rex Gothorum Zenonis Augusti beneficiis satiatus, cum magna suorum manu usque ad regiam ciuitatem, & Melentiadam oppidum infestus accessit, plurimisque locis igne crematis ad Nouensem Maesiae ciuitatem unde aduenerat, remeauit

Indictione xi. Dinamio, & Sifidio coss

Leontius interrex, & Illus tyrannus in Papyrio Isauriae castello capti, decollatique sunt. Capita eorum Constantinopolim allata praefixaque hastilibus tabuere. Eodem anno Theodericus rex omnium suorum multitudine assumpta Gothorum in Italiam tendit

Indictione xij. Eusebio, & Probino coss

Idem Theodericus rex Gothorum optatam occupauit Italiam, Odoacer itidem rex Gothorum metu Theoderici perterritus Rauennam ingressus est. Porro ab eodem Theoderico periurij illectus, interfectus est

Indictione xij. Longino ij. & Fausto coss

Zeno imp. Plagij gulam in insula quae Paganorum dicitur laqueo frangi praecipit

Indictione xiiij. Olybrio solo cos

Zeno Augustus uita decessit tam sui imperij annis quam Basilisci tyrannidis mensibus computatis anno XVII. mense VI. Anastasius ex silentiario imperator creatus est. Bellum plebeium inter Byzantios ortum, parsque urbis plurima atque circi igne combusta

Indictione xv. Anastasio Aug. & Ruso coss

Dum bellum paratur Isauricum, dumque Isauri imperium sibi uendicare nituntur, in Phrygia iuxta Cotciaum ciuitatem unde confluunt, Lilingis, segnis quidem pedes, sed eques in bello acerrimus, a Romanis primus in proelio trucidatus, omnesq; simul Isauri fugae dediti per montana aspera que loca Isauriam repetunt. Hoc bellum Isauricum per sex annos tractum est

Indictione i. Eusebio ij. & Albino coss

Bella ciuilia aduersus Anastasij regnū apud Constantinopolim gesta sunt, statuariae reginaeque funibus per urbem tractae, Iulianus magister militiae nocturno proelio pugnans Getico ferro in Thracia confossus interijt

FC, Ind

Indictione ij. Asterio, & Praesidio coss

Anastasio imp. contra Orthodoxorum fidei maiestatem in aeterna coepit proelia commouere, piaculi sui perfidiam prius in Eufemium urbis episcopum, sibi pro Orthodoxorum fide uiriliter resistentem profano manifestauit ingenio. Laodicea, Hierapolis, atque Agathicum uno tempore unoque terraemotu collapsae sunt. Romanae ecclesiae XLVII. Gelasius episcopus sanctus ordinatus uixit annos tres

Indictione iij. Viatore solo cos

Eufemius Augustae ciuitatis antistes de quo superius fecimus mentionem, falso ab Anastasio principe accusatus, atque damnatus in exilium ductus est. Locum Eufemii Macedonius tenuit

Indictione iij. Paulo solo cos

Augustatico suo dudum Anastasio militibus praestito, donatium quoque hoc, fratre consule tribuit. India Anastasio principi elephantem quem Plautus poeta noster Lucabum nomine dicit, duosque Camelopardalos pro munere misit

Indictione v. Anastasio Aug. solo cos

Solis defectus apparuit. Bellumque Isauricum hoc sexto anno sedatum. Antenodorus Isaurorum primus in Isauria captus, decollatusque est. Caput eius Tharsum ciuitatem allatum pro portis hastili fixum extabuit

Indictione vi. Ioanne Scythae, & Paullino coss

Romanae ecclesiae XLVIII. Anastasio pontifex ordinatus uixit annos II. Longinus Isaurius cognomento Selinunteus apud Antiochiam Isauriae ciuitatem a Prisco comite captus Constantinopolim missus est, catenatusque per agentem circumductus Anastasio principi, spectante populo ingens spectaculum fuit, uariisque deinde cruciatibus apud Nicaeam Bithyniae ciuitatem expensus est. Nummis quos Romani Terentianos, Graeci Follerales uocant, Anastasio princeps suo nomine figuratis placabilem plebi commutationem distraxit

Indictione vii. Ioanne Gibbo solo cos

Aristus Illyricanae ductor militiae cum XV. millibus armatorum, & cum DXX. plaustris armis ad proeliandum necessariis oneratis contra Bulgares Thraciam deuastantes progressus est. Bellum iuxta Zurtam fluum confertum, ubi plus quam III. millia nostrorum aut in fuga aut in praecipitio ripae siccae, & sine flumine interempta sunt. Ibi Illyriciana uirtus militum perit, Nicostrato, Innocentio, Tanco, & Aquilino comitibus interfectis. Hoc anno ingens terraemotus Ponticam concussit prouinciam

Indictione viii. Patricio, & Hypatio coss

Romanae ecclesiae Symmachus episcopus sanctus factus uixit annos XV. Anastasio imp. donatium Illyricianis militibus per Paullum tribunum notariorum, erogandum misit

Indictione ix. Pompeio, & Auieno coss

Constantino praefecto urbis ludos theatrales meridiano tempore spectante, pars in eodem spectaculo Cerealis sub diuersis cellulis occultas praeparauit insidias. Nam enses saxaque uasis inclusa fictilibus, eademque arma diuersis pomis desuper cumulatis sub Theatri porticu ritu uendentium statuit. Dum residente Constantino ex more ciuium crepant uoces, ante uisa quam audita arma excutiuntur, saxaque in incautos ciues instar imbrium iaciuntur, ensesque uibrati in amicorum inque vicinorum capita, sanguine obliti suis cum percussoribus debaccantur; nutat, & contremiscit theatri cauea, refugientium huc atque illuc suorum pedibus conculcata, occisorumque foedata cruore deplagitur, plus enim quam tria millia ciuium saxis gladiisque comprehensionibus, & aquis proscennia missus urbs Augusta defluit

Indictione x. Probo, & Auieno coss

Coniuncta gens Bulgarorum depraedata saepe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum deuastauit. Amydam opulentissimam ciuitatem, monachorum eius astu proditam Choadis rex Persarum quinto mense quam expugnare eam coeperat irrupit, proditoresque eius monachos obtruncauit

Indictione xi. Dexerato, & Volusiano coss

Tres Romanorum ductores, Patricius, Hypatius & Areobinda qui cum XV. millibus armatorum olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi iuxta Syfream castellum cum iisdem Persis, sine audacia conflixerunt, multi tunc militum, ductoribus de exercitu fugientibus caesi sunt. Imenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebusque uacuum Amydam ciuitatem, idem nostri redemerunt ductores, Celere magistro officiorum sibi cum ij. millibus bellatorum in subsidium

Indictione xij. Cettibo solo cos

Interea Celer magister officiorum per Callnicum Mesopotamiae ciuitatem armato duce milite ad deuastanda Persarum rura discurret, plurimos agrestes rusticis intentos laboribus more pecudum

pecudum trucidat, pastores diuerforum pecorum cum numerosis iumentis abducit, castella latero lutoque constructa inuadit, usq; ad pontem ferreum sic nomine dictum cuncta uastanda progreditur, omni praeda potitus ad communia castra ditato milite remeat, aliquanta dehinc obpercutiendum foedus cum Persis, deliberat, misso ad se pro pepigēdo foedere Armonia a secretis

Indictione xij. Sabiniano, & Theodoro coss

Idem Sabinianus Sabiniani magni filius, ductorque militiae, delicatus, contra Mundonem Getam arma construxit x. millia armatorum sibi asciiuit, horum plaustra quae armis atque commeatibus onerata erant secum trahens pugnaturus accessit, commisso iuxta Margum plano oppido multis suorum militibus in hoc conflictu perditis, & in Margo flumine enecatis, amissis praeterea plaustris in castellum quod Nato dicitur cum paucis fugit, tanta in hoc lamentabili bello spes cecidit, ut quantum apud mortales nequaquam potuerit reparari

Indictione xiiij. Areobinda, & Messalla coss

His coss. Anastasij principis statua in eodem loco quo dudum Theodosij Magni steterat super immanem columnam in foro Tauri facta est

Indictione xv. Anastasio Aug. iij. coss

Sedicio popularis in circo facta est, miles & armatus obstitit. Gradus circi Septemtrionalis sua cum fornice incensi collapsique sunt Anastasio Caesare in processibus commorante

Indictione i. Celere, & Venantio coss

Romanus comes domesticorum, & Rusticus comes scholae cum C. armatis nauibus totidemque dromonibus VIII. millium armatorum secum ferentibus ad deuastanda Italiae littora processerunt, & usque ad Tarentum antiquissimam ciuitatem aggressi sunt, remensoque mari inhonestam uictoriam, quam piratico casu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Caesari reportarunt

Indictione ij. Importuno solo cos

Orto Augustae urbis incendio utraq; porticum à foro Constantini usque ad Icaae tenuissimam statuam ignis in puluerem redegit. Portus Iuliani undis suis rotabilibus machinis prius exhaustus, coenoque effosso purgatus est

Indictione iij. Boetio solo cos

Simulachrum aeneum in foro Strategii super fornicem residens, & cornu copiae fortunae retinens incendio proflammatum est, combustumque brachium, quod tamen statuarij continuo solidarunt. Appius patricius exulat. Constantinus olim magister militiae episcopus Laodiceae

Indictione iij. Secundino, & Felice coss (ordinatus est

Macedonius Augustae urbis episcopus licet olim Anastasij imp. pauoremque eiusdem Caesaris, accusatus quoniam tomum sanctorum patrū apud Chalcedonem sancta dudū subscriptione roboratum, eidem principi dare distulit, ab eodem Euchaita in exilium deputatus est. Locum Macedonij Timotheus meridiano tempore ab Anastasio Caesare episcopus ordinatus inuasit

Indictione v. Paulo, & Muschiano coss

Saepe caelum septemtrionali plaga ardere uisum est. Die dominico, dum iubente Anastasio Caesare, per Platonem in ecclesia pulpito insistentem in hymnum trinitatis dei, Passianorum quaternitas additur, multi Orthodoxorum pristina uoce psallentes, perfidosque praecones clamoribus obiurgantes, in eiusdem ecclesiae gremio caesi sunt, ductique in carceres perierunt, altera nihilominus die in atrio sancti Theodolij maiori caede pro fide unica perculsi sunt. Quapropter commota Orthodoxorum agmina die sequenti, id est viij. Idus Nouemb. (in quo die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantium celebratur) in forum cum constantia undique confluunt, quorum alij quidem ceteris die noctuque hymnum trinitatis Christo deo psallentibus, totam peragrant ciuitatem, & Anastasium Caesaris monastico habitu adsertatores ferro flammisq; interimunt, alij clauas portarum omniaque signa militaria ad forum quo religiosi castra metati fuerant deferunt, ibique Anastasio Caesare in processibus degente Areobindam sibi imperatorem fieri clamitant, imaginibusque deinde statuisq; Anastasii in terram deiectis Celerem, & Patricium senatores ad se supplicandi sibi uel satisfaciendi gratia missos, iactis pluuiae instar lapidibus reppulerunt, domibus Marini, & Pompei succensis. In circum ad Anastasium uenientes, & ante suum solium consistentes, hymnum trinitatis iuxta morem Catholicum concinentes, choruscansque euangelium, crucemque Christi ferentes, è foro plurimi conuenerunt, Marinum, Platonemque prauitatis eius auctores ferro subijci debere conclamantes. Hos ciues idem Anastasius Caesar solitis periurijs, simulatisque uocibus saepe factorum cuncta promittens, tertio die quam in forum aduenerat, sine ullo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare. Porrò redintegrata Anastasius prauitate, infamem & irridendam synhodum apud Sydonem ciuitatem (cuius de nomine ridicula nomina praeponuntur) LXXX.

fermè

fermè perfidorum episcopis congregatis aduersum Orthodoxorum episcopos, fieri imperauit. Flauianus Antiochiae catholicus patriarcha, & Ioannes Paltensium oppidi pontifex, quoniam hunc coetum sacrilegum refellerunt, in castellum quod Petra dicitur exules missi sunt, ibi Flauianus confessor Christi in domino requieuit, Ioannem Iustinus Aug. mox imperator factus reuocauit. Iisdem fermè temporibus defectus solis contigit. Gens Erulorum in terram inque ciuitates Romanorum iussu Anastasij Caesaris introducta

Indictione vi. Clemente, & Probo coss

Seuerus Eutychetis perfidiae, Anastasio Caesare uolente, sedem Flauiani antistitis ex monacho episcopus occupauit. Dorotheus Ancheræ ciuitatis uenerandus antistes, & Anastasio principi propter unicam Orthodoxorum fidem iugiter aduersarius, finem uiuendi, quem sibi met misso contra se Magistriano ipse praedixerat, in dicto tempore fecit

Indictione vii. Senatore solo coss

Vitalianus Scytha assumpto Romanorum equitum in triduo congregatorum auxilio, in locum qui Septimus dicitur, aduenit: ibique castra metatus est, dispositisque a mari in mare suorum ordinibus, ipse ad portam, quae aurea dicitur, sine ullius accessit dispendio, scilicet pro Orthodoxorum se fide, proque Macedonio urbis episcopo in cassum ab Anastasio principe exulato, Constantinopolim accessisset asserens. Porro Anastasij simulationibus atque periurijs per Theodorum internuntium illectus atque illusus VIII. die quam urbem accesserat, remeauit. Hinc Odyssum Maesiae ciuitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est. Cyrillum loquacem magis quam strenuum militiae ductorem inter duas pellices Vitalianus reperit dormientem, eumque mox abstractum cultro Getico iugulauit, hostemque se Anastasio Caesari palam aperteque exhibuit

Indictione viii. Anthemio, & Florentio coss

Romanae ecclesiae L. Hormisda episcopus ordinatus uixit annis IX. Item Vitalianus eidem Anastasio imp. immanior factus est inimicus, praemissis suorum equitibus armatisque nauiculis sinistro sibi littore decurentibus, ipse peditum armis stipatus Sistinensam praedium ingressus est, totiusque loci palatium habuit mansionem: missi sunt ad Vitalianum senatores qui pacis cum eo leges componerent, nonaginta auri pondera exceptis regalibus muneribus pro pretio tunc accepit. Hypatij iam mille centum auri libris cum Huranio captiuo sibi a suis in Zotopoli oblatis, magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium quem captiuum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reuersus suo remisit auunculo. Hac tempestate Hunni Armenia transmissa totam Cappadociam deuastantes usque ad Licaoniam perrexerunt. Ariadne Augusta LX. in palatio exactis annis uita decessit

Indictione ix. Petro solo coss

Mutata fide Anastasius imp. Vitaliano succedit, idemque Rufinum destinat successorem. Helias Hieropolitanae urbis episcopus in uilla quae Habylla dicitur ab eodem principe relegatus emoritur. Laurentium praeterea Lycidensem, Alchysum Nicopolitanum, Gaianum Naifitanum, & Euangelum Paulitaliensem, catholicos Illyrici sacerdotes, suis Anastasius praesentari iussit obrutibus, Alchysus, & Gaianus episcopi apud Byzantium uita defuncti sunt, Domnionem & Euangelo ad sedes proprias, ob metum Illyriciani catholici militis, extemplo remisit, solus Laurentius Anastasium imp. in palatio pro fide Catholica saepe conuincens, apud comitatum ac si in exilio relegatus, retentus est, mobiliorque corpore deinde quam Constantinopolim aduenerat, effectus est. Nam septimo infirmitatis suae anno idem Laurentius fide sua & Christi gratia, in atrio Cosmae & Damiani sanatus est, pedibus sistere propriisque gressibus meruit confirmari, suaeque dein patriae reddi, ubi maior octogenario requiescit

Indictione x. Anastasio, & Agapeto coss

Olla illa quae in Hieremia uate ab Aquilone aduersum nostra delicta saepe succeditur, tela ignita fabricata est, maximamque partem Illyrici iisdem iaculis uulnerauit. Duae tunc Macedoniae, Thessaliaque uastata est, & usque Thermopylas ueteremque Epyorum gentem, equites depraedati sunt, mille tunc librarum auri denarios per Paullum Anastasius imp. pro redimendis Romanorum captiuis Ioanni praefecto Illiryci misit, deficiente pretio, uel inclusi, suis cum domunculis captiui Romani incensi sunt, uel pro muris clausarum urbium trucidati

Indictione xi. Magno, & Florentio coss

In prouincia Dardania assiduo terraemotu XXIII. castella uno momento collapsa sunt. Quorum duo suis cum habitatoribus demersa, IIII. dimidia aedificiorum suorum hominumque; amissa parte, XI. tertiae domorum, totidemque populi clade deiecta, VII. quartae tectorum suorum, tantaque plebis parte depressa uicinarum metu ruinarum despecta sunt. Scopus nanque metropolis licet sine ciuium suorum olim hostes fugientium clade, funditus tamen ruit, plurimi totius prouinciae montes hoc terraemotu scissi sunt, saxaque suis euulsa compagibus, deuolutarumque arborum

arborum

arborum crepido per XXX. passum longitudinem patens, & in XII. pedum latitudinem dehiscēs, profundam aliquantis uoraginem ciuibus, castellorum saxorumque ruinas uel adhuc hostium incurfiones fugientibus iussa parauit. Vno in castello regionis Canisae quod Sarnonto dicitur, ruptis tunc terrae uenis, & ad instar torridae fornacis exaestuans diutius, altrinsecus feruentem imbrem euomuit. Anastasius subita morte praeuentus maior octogenario periit, regnauit annos XXVII. menses II. dies XXIX. Daras ciuitate huiuscemodi condita in Mesopotamia (Daras quaedam possessio LX. ab Amyda ciuitate milliaria ad Austrum sita & XV. millibus a Nisibino oppido ad occasum distans) Amydensi ecclesiae reditum pensauit. Huius ergo humilis uillae casus Anastasius imp. ob condendam ibi ciuitatem dato precio emit, missisque continuo pro fabris cōstrui praecepit: Calliopium deinde Antiochenae urbis patricium huic operi praefecit, nempe hic in colle in planitem desinente mira sagacitate ob fundamenta locanda sulcum sarculo designauit, murisque firmissimis facie tenus consummatis undique textit, riuum quoq; qui ex praedii nomine iuxta quod nascitur, Cordissus nominatur, serpensque per murmura DV. milliariis eundem collem nouamque diuidit ciuitatem, concessio utrique ostio prolabentem inclusit. Publicis praeterea moenibus decoratae ciuitati pristinum nomē uillae reliquit. Ingens huius frontispicio ciuitatis, in aeditiori loco constructa murisq; continuata turris Herculea nomine dicta suspicitur, Nisibinum ad orientem, Amydam Aquilonem respiciens

Indictione xii. Iustino Aug. & Eutharico coss

Iustinus imp. creatus. Amantius Palatii praepositus, & Andreas cubicularius, uterque regni eius inimicus in insula decapitatus est. Vitalianus Scythia urbem data acceptaque fide accitus ingreditur, statimque magister militum ordinatur

Indictione xiii. Vitaliano, & Rustico coss

Vitalianus his coss VII. mense consulatus sui XVII. uulneribus confossus, in Palatio cum Cle- riano & Paulo satellitibus interemptus est

Indictione xiiii. Iustiniano, & Valerio coss

Famosissimum hunc consulatum Iustinianus prae consulibus omnium orientalium, utilitatibus edidit. Nam CCLXXXVIII. solidorum H-S. libera consulum profecta munificentia in populū, inq; spectacula, siue spectaculorū machinam distributa sunt XX. leones XXX. pardos, exceptis alijs feris, in amphitheatro simul exhibuit. Numerosos praeterea phaleratosq; in Circo caballos iam donatis quoque impertiuit aurigis, una duntaxat ultimoque mappa insanienti populo denegata

Indictione xv. Symmacho, & Boetio coss

Indictione i. Maximo solo cos

Indictione ij. Iustino ij. & Opilione cos

Inopia olei magnam penuriam in populum importauit

Indictione iij. Filoxeno & Probo coss

Ioannes Romanae ecclesiae papa LIII. a Petro Apostolorum pontificumque praesule, CCCCLXXXV. sessionis eius anno, Theoderico rege pro Arrianorum suorum caeremonijs reparandis laborante, solus duntaxat Romanorum sibi decessorum, urbe digressus Constantinopolim uenit, & miro honore resumptus est. Dexter dextro ecclesiae insedit solio, diemque Domini nostri resurrectionis plena uoce Romanis precibus celebrauit

Indictione iij. Olybrio solo cos

Totam Antiochiam Syriae ciuitatem repens inter prandentium ora terraemotus inuasit, alioquin occiduam urbis magnamque eius partem, sinistris mox uentis ubique flantibus, flammis que coquinarum pro tempore aestuantes ruentia in aedificia miscentibus, duplex torridumque exitium importauit. Eufrasium quoque loci huius urbis episcopum adempto eius capite, combusto simul obruit sepulchro, obelisco Circi inuerso & humi defosso

Indictione v. Mauortio solo cos

Anno regiae urbis conditae CXCVII. Iustinus imperator Iustinianum ex sorore sua nepotem iam dudum a se nobilissimum designatum regni quoque sui successorem creauit Kal. Aprilis, ipse uero quarto ab hoc mense uita decessit, annis imperatis IX. mensibus II

Indictione vi. Iustiniano Aug. ij. solo cos

Anno regiae urbis conditae CXCVIII. regium uestibulum, priscumque in eo solium ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, uictor Iustinianus princeps, eminentius clariusque quam fuerat, & utranque Senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegrauit, bonis quidem agitatoribus praemium, ignauis autē seueritatem innuens

Indictione vij. Decio solo cos

Indictione viii. Lampadio, & Oreste coss

Mundo Illyricanae militiae ductor utriusque, dudum quidem Getis Illyricum incurrentibus primus

primus omnium Romanorum ducum incubuit, eosque haud paucis ipsorum interemptis fugavit. His autem deinde Coss. idem diu audacia sua secundus in Thraciam quoque aduolans, praedantes eam Bulgaros feliciore pugna cecidit, quingentis eorum in proelio trucidatis

Indictione ix. P.C. Lampadii, & Orestis coss

His Coss. Codex Iustiniani orbi promulgatus est

Indictione x. item P.C. Lampadii & Orestis coss

Hypatius, Pompeius, & Probus genere consobrini, diuque Anastasij nepotes, imperium quod sibi singuli indigna ambitione exoptantes, Idib. Ianuar. iam plerisque nobilium coniuratis, omnique seditiosorum turba armis donisque ministratis illecta, dolis inuadere tentauerunt, atque per quinque dies continuos urbem Regiam rapinis, ferro, igneque per sceleratos ciues sine certo interrege discursantes hostili impietate, ipsi se fideles reip. in Palatio dissimulantes, de populati sunt. Quinta uero huius infandi sceleris die dum de foro Hypatius sceleratorum comitatum manibus torque redimitus aureo, & Pompeius comes sua sub ueste loricatedus ad inuadendum tenendumque ascendunt palatium, uterque eorum ante fores palatij captus est, statimque pijssimi principis nostri nutu catenatus trucidatusque poenas luit, & ante imperium perdidit quam haberet, innumeris passim in circo populis trucidatis, & tyrannorum socijs continuo proscripitis. Ecclesiam incensam tunc mox coepit idem Augustus renouare

Indictione xi. Iustiniano iii. cos

Post diuturnum immanemque laborem contra Medos Romanis gestum sudoribus, tandem per Rufinum patricium, perque Hermogenem magistrum officiorum, utrumque legatum a principe nostro missum, pax cum Parthis depacta est. Sponsionem percussi foederis ab utroque imperatore, inuicem sibi munera in concordiam missa secuta sunt

Indictione xii. Iustiniano Aug. iiii. & Paullino coss

Prouincia Africa quae in diuisione orbis trerrarum a plerisque; in tertia parte posita est, uolente deo uindicata est. Carthago quoque ciuitas eius, anno excessionis suae XCVI. pulsus deuictisque; Vandalis, & Gilimere rege eorum capto, & Constantinopolim misso, quarto Iustiniani principis cōsulatu ipsius modaratione recepta est, suaque; cū patria firmiter quam dudū fuerat, redintegrata. Quo tempore Theodahatus Gothorum rex Amalafuntham reginam creatricem suam de regno euulsam in insula lacus Vulfini occidit, cuius mortem imperator ut doluit, sic est ultus

Indictione xiii. Belisario V.C. solo cos

Postquam Carthago Lybiaque suo cum rege Gilimere per Belisarium est subiugata, de Roma Italiaque deliberauit Imperator, iterumque expeditio, iterum classis paratur, idemque ductor qui consul eligitur, rectoque nauigio in Siciliam properat, Catinam & Syracusas sine mora, immo omnem peruadit Trinacriam, ibique comperiens quod in Africa ciuile bellum exoritur, & miles in proprium ducem infurgit, cum paucis ad Africam tendit, Solomoni qui praerat subuenit, exercitum uero partim blandiendo, partim ulciscendo inimicum tyrannum effugando, reip. consulit utilitati, remensoque nauigio Trinacriam redijt. Agapitus LIII. Romanae urbis episcopus a Theodahato rege Gothorum in legationem directus Constantinopolim uenit. Trita patricius in Mysia cum hoste Bulgarum congregiens superior euadit. Epiphanius episcopus regiae urbis ante aduentum Romani praesulis moritur, cuius episcopatum contra canones Anthemius Trapezauntina ecclesia relicta inuadit

Indictione xiiii. P. C. Belisarii V. C

Ebremud Theodahati gener inducto exercitu regio in Bruttios ad Belisarium euolauit. In Africa uero Solomoni, identidem cum exercitu dissidenti Germanus succedit, Solomonem remittens ad principem. Belisarius Campaniam uastans Neapolim transijt, Gothorum exercitus Theodahatum habens suspectum, Vitigem in regnum ascisit, qui mox in campo Barbarico regnū perdit, expeditione soluta Romam ingreditur, ubi iam Agapito CP. defuncto Theodahatus rex Siluerium in episcopatū subrogat, ibique residens dirigit Rauēnam. Vitiges Theodahatū occidit in loco qui dicitur Quintus, iuxta fluum Salernum, & ipse subsequitur per Tusciam omnes opes Theodahati diripiens quae in insula uel in urbe Veneta congregauerat, Rauennam ingressus Matesuintam neptem Theoderici regno pulsam sibi sociam copulat. Quam ob rem Belisarius domino fauente Romam ingreditur. Germanus in Africa feliciter administrat. Agapitus ut diximus Constantinopolim de Roma adueniens, Anthemium mox ecclesia pellit, dicens eum iuxta ecclesiasticam regulam adulterum, qui sua ecclesia dimissa ambierat alienam, in cuius locum Menam presbyterum episcopum ordinauit, & ipse extremū diē obiit in domino. In nullo tamen sicut ei a principe immanissimo obiectum erat, sentiens contra fidem. Ipso autem illo anno ob nimiam siccitatem pastura in Perside denegata, circiter XV ∞. Sarracenorum ab Alamundaro & Coonchabo Hezidozilartis limites Euphratis ingressa, ubi Barseas dux eos partim blandis

blandis

blinditiis, partim distractione pacifica fouit, & inhiantes bella repressit

Indictione xv. Iterum P.C. Belisarii V.C

Vitiges tyrannus exercitu aggregato Romam obsidet, cui tunc fauentem papa Siluerium Belisarius ab episcopatu submouit, & loco eius Vigilium diaconum ordinauit, temporeque longo Romam obsidente Vitige, Belisarius intus inedia laborans Vigilii auxilium ab imperatore deposcit, cui directi sunt Martianus, & Valerianus, vterque magister militiae. Nec sic tamen Vitiges obsidionem reliquit. In Africa Germanus rebellionem militum cum Stroza tyranno inter Maurorum deferta bellando effugit. In oriente quoque Ioannes Scotistis aripiens tyrannidem antequam aduersi quicquam tentaret Daras extinctus est. Ecclesia maior Constantinopoli ab imperatore Iustiniano singulariter in mundo constructa, die V. Kal. Ianuari, Indictione prima

Indictione i. Ioanne V.C. solo cos

Indictione ij. Appione V.C. solo cos

Indictione iij. Iustino iuniore V.C. solo cos

Indictione iiii. Basilio V.C. solo cos

Indictione v. P.C. Basili V.C

Indictione vi. Iterum P.C. Basili V.C

Totila vastat Campaniam, vrbesque muratas euertens per suos Tiburi obsidet. Mortalitas magna Italiam deuastat, orientem, iam & illyricum peraeque attritos. In oriente iam Perseis adhuc tenentibus conflictum cum nostris, Sergius in Africa inquietatur a rebellibus cum Stroza & Mauris

Indictione vii. & Iterum P.C. Basili V.C

Indictione viii. IIII. P.C. Basili V.C

Indictione ix. V. P.C. Basili V.C

Vigilius papa LVIII. ab apostolo Petro euocatus ab imperatore Roma egreditur, & in Sicilia uenit, Totila occupata Lucania, & Bruttis, Romam obsidet, De Africa Sergius euocatur, & Areobinda nepte imperatoris accepta ibi iudex dirigitur. In oriente foedus cum parthis initur per Constantinum magistrum militiae; & exercitus reuertitur Constantinopolim

Indictione x. VI. P. C. Basili. V.C

Gothi legationem mittunt ad imperatorem per episcopum ciuitatis Assinatiu nomine Aueratium. Ioannes magister militum ad Italiam pergit. Belisarius a Rauenna egressus uenit ad Dyrachium, indeque directo Ioanne, Calabria, ipse per Siciliam Romam perexit. Papa Vigilius ingressus est Constantinopolim VIII. Kal. Februari. Totila dolo Isaurorum ingreditur Romam die XVI. Kal. Ianuarii, ac euertit muros, domos aliquantas igni comburens, ac omnes Romanorum res in praedam accepit, hos ipsos Romanos in Campaniam captiuos abduxit. Post quam deuationem XL. aut amplius dies Roma fuit ita desolata, ut nemo ibi hominum nisi bestiae moraretur. Hinc ueniens Belisarius murorum partem restaurat, uenienteq; Totila ad pugnam resistit Eodemq; anno de Africa neptis Imperatoris reuertitur uidua occiso Areobinda a Gunthario tyranno, qui cum Stroza iuniore tractus eum occiderat, sed Artabanis utrosque comprehensos Gunthariu occidit, Ioannem idem Strozam iuniorem uinctum transmittit ad principem. Post aliquantos dies mittitur in Africa Ioannes, & Artabanis uocatus praesentale accepit magisteriu

Indictione xi. vii. P. C. Basili V.C

Indictione xii. viii. P. C. Basili V.C

Indictione xiii. ix. P. C. Basili V.C

Indictione xiiii. x. P. C. Basili V.C

His temporibus in Africa Mauri per Ioannem patricium domiti sunt

Indictione xv. xi. P. C. Basili

Hoc tempore Iustinianus Augustus Narssem eunucum cartularium, & cubicularium suum principem militiae fecit, & in Italiam misit, qui commissa pugna dei gratia uictor Totilam occidit, & gentem Gothorum auxiliantibus etiam Longobardis, in Italia exterminauit. Per haec tempora cum Buccelinus comes cum sociis a Theodeberto rege Francorum dudum missus, per annos aliquot Italiam, Siciliamque infestaret, & Romanum saepe exercitum superaret tandem exercitus eius profluuio uentris attritus a Narse pugna uictus, & profligatus ipse dux occisus est, nec multo post socius eius Omnirugus dux cum reliquis Gothorum quibus se iunxit peremptus est

Indictione prima. xii. P. C. Basili V.C

Theodebaldus Francorum rex moritur & regnu eius uxoremq; Vanderada Hlotharius rex patris eius Theodeberti patruus accepit, qui iam XLIII. annis regnabat, quo ipso ann. Hlotharii ipse Saxones rebellates iuxta Vuiseru fluiu magna caede domuit, & Thuringiam peruasam deuastrauit

Indictione ii. xiii. P. C. Basili V.C

Vigilius papa tandem ab imperatoribus Romanis, & Narse de exilio relaxatus, cum Romam redire

redire

redire coepisset in Sicilia morbo calculi tactus decessit, moxque Romam perlatus apud S. Marcellum in uia Salaria sepultus est; pro quo ordinatus Pelagius papa LXII. sedit annis XI. mensibus X. qui a pop. Rom. factionis contra Vigilium incusatus, celebratis una cum Narsete letaniis apud S. Petrum ambone ascenso, euangelioque super caput suum posito, iuramento se crimine purgavit

Indictione iii. P. C. Basilii V. C. xiiii.

Hoc tempore Saxones iterum Hlothario rebellantes cum ab eo peterentur hostiliter, eique pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent, idque exercitus Francorum refutatus eo inuito pugnasset, magna ab eis caede protritit, fugae praesidium petiit

Indictione iii. xv. P. C. Basilii V. C.

His diebus Christianus patre suo Hlothario annitente patruo Hildeberto rebellans, regnum Francorum seditione perturbat, Saxones factione Hildeberti in Francia praedas egerunt. Hildebertus Remensem Campaniam populatur

Indictione v. xvi. P. C. Basilii V. C.

In Britannia Bridus rex Pictorum efficitur. Hildebertus rex Francorum circa haec tempora moritur, & Parisius in basilica S. Vincentii a se constructa sepelitur, regnumque eius frater Hlotharius assumens totam paterni regni monarchiam obtinuit

Indictione vi. xvii. P. C. Basilii V. C.

Christianus patrem Hlotharium quem multis malis offenderat, hoc tempore in Britanniam fugiens, insequente eo ibidem cum Conoboro rege pugna victus, & captus cum vxore & filiabus uiuus incensus est. Quo etiam tempore Turonis basilica S. Martini rebellibus ad eam fugientibus igne crematur

Indictione vii. xviii. P. C. Basilii V. C.

Indictione viii. xix. P. C. Basilii V. C.

Indictione ix. xx. P. C. Basilii V. C.

Indictione x. xxi. P. C. Basilii V. C.

Indictione xi. xxii. P. C. Basilii V. C.

Indictione xii. xxiii. P. C. Basilii V. C.

Indictione xiii. xxiiii. P. C. Basilii V. C.

Indictione xiiii. xxv. P. C. Basilii V. C.

Collectio omnium annorum istius chronici. Colliguntur omnes anni usq; ad consulatum Valentis VI. & Valentiniani Iun. Augg. primum, a XV. anno Tiberii, & praedicatione domini nostri Iesu Christi anni CCCLI

Ab an. Darii regis Persarum, quo tempore templum Hierosolymis instauratum est anni DCCCXCIX

Ab olympiade prima, qua aetate apud Hebreos Esaias prophetabat anni ∞ CLV

A Solomone, & prima aedificatione templi anni ∞ CCCCXI

A captiuitate Troiae, quo tempore Sanson apud Hebreos erat, anni ∞ DLXI

A Moyse & Cecrope primo rege Atticae anni ∞ DCCXC

Ab Abraham, & regno Nini, & Semiramidis anni ∞ ∞ CCCXCV

A diluuiio usque Abraham supputantur anni DCCCCXLII

Ab Adam usque ad diluuium anni ∞ ∞ CCXLII

Fiunt igitur ab Adam usque ad XIII. Valentis annum, idest usque ad consulatum eius VI. & Valentiniani iunioris omnes anni ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ DLXXIX

A Valente VI. & Valentiniano Iuniore usque ad consulatum Eudoxii colliguntur LXIII. anni. Et per hoc a XV. Tiberii anno, quo dominus praedicare coepit ad consulatum Eudoxii & Dioscori sunt anni CCCCXI

A Troiae excidio usque ad primam olympiadem anni sunt CCCCVI

Item a Troiae excidio usque ad constructionem urbis Romae anni CCCCXXXVI

Quae condita est a Romulo VII. olympiadis anno secundo, Qui XVII. ab Aenea regnauit

Ab urbe Roma condita usq; ad aduentum domini an. DCCLII. Et ab eadem conditione usq; ad passionem domini anni DCCLXXI. Et a passione usq; ad consulatum Eustachii anni CCCXCII

Simul ab urbe condita usque ad praedictum consulatum colliguntur anni ∞ CLXXV. usq; ad consulatum D. Theodosii XV. anni ∞ CXXCIX

A morte Caesaris usque ad consulatum Theodosii XV. fiunt anni CCCCLXXXVI. Passus est dominus noster Iesus Christus a constitutione mundi post annos ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ CCXXIX

Eusebius ponit ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ CXXX. si numeri non sunt transpositi

Ab Abraham autem usque ad passionem domini anni sunt ∞ ∞ XLIII. Idem Eusebius libro temporum ubi agit de passione domini. A passione domini usq; ad consulatum Eustachii anni sunt CCCXCIII. Et usq; ad consulatum D. N. Theodosii Aug. XV. anni sunt CCCCIX

FINIT. CHRONICON, MARCELLINI, COMITIS, V. C

rebe